EXERCITATIONES ECCLESIASTICAE IN VTRUMQUE SAMARITANORUM PENTATEUCHUM...

Jean Morin


6
40
MC
43



EXERCITATIONES ECCLESIASTICÆ in vtrumque SAMARITANORVM PENTATEVCHVM.

DE ILLORVM RELIGIONE ET moribus. De antiquis Hebræorum literis & ſiclis. Cabbaliſticis ſcripturæ ſanctæ interpretationibus, eiuſque obſcuris locis Samaritano codice illuſtratis Variis Maſoræ & Iudaicorum Bibliorum corruptelis, aliiſque id genus quàm plurimis; quibus accedunt memorabilia quædam vtriuſque Pentateuchi ſpecimina.

Autore IOANNE MORINO *Bleſenſi, Congregationis Oratorij* IESV CHRISTI *Presbytero.*










PARISIIS,
Excudebat ANTONIVS VITRAY, Linguarum Orientalium Regius Typographus, In Collegio Longobard.

CVM PRIVILEGIO REGIS. 1631.



EMINENTISSIMO
ET REVERENDISSIMO
ECCLESIÆ PRINCIPI
ARMANDO IOANNI CARDINALI DE RICHELIEV
IOANNES MORINVS
Congreg. Orat. IESV CHRISTI Presb.



VLTIS nominibus ambit auspicia tua libellus iste, Eminentissime Cardinalis. *Cum enim materiam olim in Ecclesia celebrem, totis verò duodecim retroactis seculis intermortuam, nunc primùm orbi Christiano rediuiuam sistat & exhibeat, cuinam po-*

tius quàm tibi consecrandus erat, qui domi militiæque tot præclara facinora edidisti, qualia nec à Maioribus nostris, nec à Maiorum nostrorum auis atauisque edita fuisse accepimus? Qui francicum imperium bellis externis & ciuilibus vndique concussum toties sedasti, confirmasti, varioq; & multiplici triumphato hoste gloriosum, & vicinis formidabile reddidisti?

Si verò materiæ religionem ob oculos mihi propono, quæ scripturam sacram alterum fidei fundamentum illustrat, atque aduersus impias Nouatorum criminationes plerisque in locis tuetur, præsidium tuum sibi deposcit, cuius Prudentia, non secus ac è Viperis Theriaca conficitur, aut è contrariis motibus æquabilitas reuolutionum colligitur, Hæreticos Hæreticis inaudita arte commisit, & eorum mutuis dissidiis, mutuáque internecione pacem Ecclesiæ & regno peperit, vt exinde illos facilè debellares, hydraque illa elisa & contrita, ne ampliùs surgeret, sapientissimè prouideres. Tam prospero autem & fe-

lici successu hæc à te perpetrata sunt, Eminentissime Cardinalis, *ut bonorum omnium spes longè superatæ sint, desideria coæquata, & improborum calumniæ coruscante virtutis & patientiæ tuæ splendore penitus extinctæ; Magnatum æmulatione in tui admirationem erumpere coactâ. Quemadmodum enim imbres & flumina in colorem saporemque suum trahit Oceanus, nec ulla horum in sinum suum concursatione, aut exundat, aut subsidit; ita pericula, insidias, calumnias constantissime sustinuit infractus animus tuus, easque, ut umbras omnes sol verticem cœli adeptus, summa virtute dissipauit.*

Denique si admirandum & stupendum opus, quod omnium seculorum diligentiam, industriam, & munificentiam longè supereminet, animo perpendo, hoc est, magna illa Biblia quæ Parisiis excuduntur, quorum varios labores hic liber explicat, ad Eminentiam tuam *meritò confugit, cuius nomen eruditione, eloquentia, librisque aduersus*

Ecclesiæ hostes conscriptis vniuersam Galliam gloriosissimè peruasit. Nam in Ecclesiæ Perduelliones, vt Nehemias, vtraque manu depugnas,

Dextra tenet calamum, strictum tenet altera ferrum.

Quid verò non suaserit literarum quo incenderis sanctus amor, qui Collegium Sorbonicum, celeberrimum illud scientiarum Emporium, instructissimum telorum omnis generis aduersus Hæreticos & Schismaticos armamentarium, defæcatissimum antiquitatis Ecclesiasticæ archiuum, & tutissimum fidei sacrarium, vetustate collapsum à fundamentis refecit, & regiâ magnificentiâ exornauit?

Cum igitur in Ecclesiæ conseruationem, Patriæ salutem, & literarum decus, res hactenus inauditas, & opinione hominum incredibiles perpetraueris, patere hoc de re noua nouum opus, occupationes maximas quibus assiduus incumbis, præsentiâ suâ tantisper interrumpere. Importunitatis meæ tua culpa

est, non tantùm mea, qui insolita, qui magna qui sancta quæcunque sunt, admirabili actionum tuarum fama tibi deuincis. His accedit optimi & maximi viri Cardinalis Berully fundatoris nostri sanctissima memoria, quem viuentem vnicè coluisti, ab inuidorum allatratibus vindicasti, & ad amplissimos honores euexisti; mortuum verò amarissimis lachrymis prosecutus es, filios eius occasu tanto & tam repentino mœstissimos voluntario autoritatis tuæ præsidio consolatus. Tantis confisa intercessionibus Eminentiam tuam *adit qualiscunque hæc opella mea: Cui enim radix, cui arbor insuauis non est, spes affulget fructus non fore iniucundos. Faxit Deus*, sapientissime Cardinalis, *vt Ecclesiæ, vt Francis, vt Literis, quàm diutissimè incolumis viuas & felix, quò pax, securitas, & gloria virtute tua partæ, consiliis tuis in æternum conseruentur.*

AD LECTOREM.

De occaſione huius libri ſcribendi.



VM primùm animum ad ſcribendas iſtas Exercitationes appulimus, erudite Lector, nihil minus quàm libri compoſitionem meditabamur. Pauciſſima tantùm de moribus Samaritanorum, de antiquo Iudæorum charactere, de codicis noſtri ſinceritate præfari cogitabamus, quibus ſpecimina quædam tum textus, tum vtilitatis ex textu colligendæ ſubdere conſilium erat. Tantillum autem hoc fore præuidebamus, vt ſub nomine Typographi latere nobis conſtitutum eſſet. Sic amicis pleriſque præſentibus inter colloquendum dixeramus, ſic nonnullis longè diſſitis ſcripſeramus. Verùm idem nobis accidit quod adoleſcenti illi quem commemorat Craſſus apud Cicer. de claris Oratoribus, in littore deambulantem forte fortuna ſcalmum offendiſſe. Ne ſcalmus ſibi inutilis eſſet, remum comparauit. Scalmum autem remo aptatum conſpiciens, opere delectatus, mâlum quoque concupiuit. deinde antennas quibus mâlum decuſſaret: Mâlum

verò


verò antennis decuſſatum,opus oculis ingratum ratus, vela rudenteſque coëmit: tandemque, vt compendio dicam, nauem ędificauit, & omnibus armamentis inſtruxit. Sic cum paucula foliola, editionis Samaritanę pręludia ſcribere ferret animus, cauſa duplex, & vtraque fortuita, vt ex Scalmo nauem ędificaremus, nos ſenſim & fere neſcios circumuênit & induxit.

Prior fuit characterum Samariticorum fuſio: cum enim vna aut altera ſeptimana expediri poſſe pręludia noſtra crederemus, artifex archetypis & matricibus ſculpendis & fundendis diutius immoratus, Samariticis ſtudiis implicitum animum retinuit. Poſterior, operarum quorumdam morbus opellę noſtrę editionem aliquantulum retardauit. Interea cœptum opus continuatur: menſéque altero his ſtudiis cōſumpto reuocare gradum non amplius licuit, neque telam fere pertextam abrumpere. Quæ præter mentem moroſa rei alterius expectatione in libellum iam excreuerant, ad exitum fuerunt perducenda. Hinc tamen accidit, dum prelo nonnunquam vrgemur, vt multa longè breuius quàm materiæ amplitudo, aut rei neceſſitas expoſtulare nobis videretur, ediſſerere cogeremur, quod in quarta Exercitatione ſæpius animaduertet eruditus Lector: multa quoque prorſus præteriremus quæ propoſito conducebant, ne opus alterius proludium nimia procraſtinatione immaturè prodiret. Sed meſſem iſtam, quanquam nec Hebraicæ, nec vllius linguæ cognitionem profitear, neque profiteri velim, opportuniori tempore colligemus.

Semel aut iterum digredi videmur, verùm digreſſionem noſtram ſi perlegeris, ea eſt confidentia

noſtra, εὐσκόπως à ſcopo nos aliquando aberrare fateberis, & diuerticula noſtra itineris eſſe indices, pharoſque in tenebris micantes: Ἐκ τοῦ χοροῦ ἐξορχούμενοι, ſed flores fructuſque decerpturi, & Rabinicæ ſcientiæ ἀπόρρητα ἐξορχησόμενοι.

Ea demum ſunt eiuſmodi quæ ad ſcripturæ ſacræ illuſtrationem, tranſlationum Eccleſiaſticarum confirmationem, & ſubtilitatum Rabinicarum, quæ vtilitatis aliquid præ ſe ferunt, cognitionem eruditis quibuſcunque & adiumento eſſe poſſint & delectamento. An autem è triuiali magiſterio hæc collecta ſint, nec ne, definire ſubpudet; poſt lectionem iudica Lector: aut ſi legere non vacat, autorum & capitum indices oculis luſtrato. Ne te ab hoc conſilio diutius remorer, néue ex ſcalmo nauim rurſus ędificem prębfari deſino.



INDEX CAPITVM QVÆ HOC EXERCITATIONVM opere continentur,

DE EXERCITATIONE PRIMA.

DE EXERCITATIONE II.

DE EXERCITATIONE III.

DE EXERCITATIONE IV.

Index Capitum.

FINIS.

APPROBATIO.

LVcubratio hæc R. P. Morini, per quam deinceps coïtentur Iudæi Samaritanis, erudita nouitate singularis, recondita tot Rabbinorum lectione insolens, alteram sepem legi facit, & facem præfert heptaplo Parisiensi, hoc est supremo & consummatissimo Bibliorum operi. Hanc vt in omnibus sacræ scientiæ & fidei consonam legimus & approbauimus, cum decreto sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis.

CHAPELAS,
Doctor & Parochus
sancti Iacobi Parisiis.

HALLIER.

SVMMA PRIVILEGII
à Christianissimo Rege concessi.

LVDOVICI XIII. Galliæ Nauarræque Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus literis cautum, ne quis in regno suo, aliisue locis ditioni suæ subiectis, intra annos sex proximos, à die impressionis primæ inchoandos ac numerandos excudat, vendat, excudendum vendendúmque, quouis modo, & ratione curet librum, qui inscribitur, *Exercitationes Ecclesiasticæ in Samaritanorum Pentateuchum, Auctore Ioanne Morino, Congregationis Oratorij* IESV CHRISTI *Presbytero*, præter Antonium Vitray, Linguarum Orientalium Typographum nostrum, aut illos quibus ipsemet concesserit. Prohibitum insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam vbicunque fuerit ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti Vitray, idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis, die 11. Febr. 1631.

De mandato Regis, ad relationem D. de Villemontée.

CHESNE-LONG.

EXERCITATIONES ECCLESIASTICÆ in Pentateuchum Samaritanum.

EXERCITATIO I.

De origine & moribus Samaritanorum.

Magnorum Bibliorum quæ Parisiis excuduntur, & Samaritani Pentateuchi duplicis descriptio.

CAPVT PRIMVM.

I. *Patrum studium in inquisitione sacrorum codicum.* II. *Legis sunt 70. facies* III. *Magnorum Bibliorum quæ Parisiis excuduntur magnificentia.* IV. *Samaritana, Syriaca, Arabica, Antuerpiensi Editioni superadduntur.* V. *In manuscriptis Bibliis Iudaicis ingens Masoretharum perturbatio.* VI. *Codicis Samaritani quo vtimur elegantia & antiquitas.* VII. *Versio Samaritana admodum exacta & qua de causa.* VIII. *Linguas Arab. Chald. Syriac. & Samar. Hebraicæ dialectos esse probatur.* IX. *Autoris methodus & scopus.*



NEMO est, erudite Lector, in religione Christiana adeo peregrinus, qui de immensis laboribus quos susceperunt SS. Patres, vt oraculorum diuinorum cognitionem sibi compararent, 1

aliquid fando non audiuerit. Septuaginta Interpretum versione qua Apostoli vsi sunt, quam Ecclesiis legendam & explicandam tradiderunt, expletus eorum animus non est: Iudæorum codices scrutati sunt, eorum translationes quanquam ab hæreticis Aquila, Theodotione & Symmacho subdolè architectatas, & sæpius interpolatas versauerunt & triuerunt; ἀνωνύμους & forte fortunà in doliis ab Origine repertas, ne iis Respublica Christiana fraudaretur, velut magnum operæ-pretium in lucem ediderunt. Tam variæ supellectilis copia Iudaicæ & Græcæ sanctum ardorem non modò non restinxit, verùm etiam vehementiùs inflammauit. Itaque Samaritanorum sacra volumina reuoluere atque vt pluribus prodessent, lingua Græca donare; nec non in Nazarenorum sacra volumina inquirere, enixissimè contenderunt, vt horum omnium ope veritatem possent, vel oppugnatam tueri, vel obscuram illustrare. Ita SS. Patres Agaram ministrare Sa-

ræ, Ægyptios ditare Iſraelitas, & Gabaonitas in miniſterium Templi ligna cædere, & aquas comportare coegerunt.

Crediderunt ſcripturæ ſacræ multiplices eſſe & reconditos ſenſus, hiſque eruendis variarum tranſlationum comparatione opus eſſe, iuxta vulgatum apud Iudæos 11
axioma, שבעים פנים יש לתורה *Septuaginta facies ſunt Legi*. Hoc eſt, vt explicant tractatu de Sabbato, ſect. 9. כל דבור ודבור שיצא מפי הגבורה נחלק לע׳ לשונות, *Vnumquodque verbum quod egreditur ex ore diuinæ Maieſtatis diuiditur in 70. ſignificationes*. Ideo dictum volunt pſal. 68. ver. 12. *Dedit Dominus verbum, Annuntiatricum exercitus magnus*: & Ierem. 23. *Verba mea quaſi ignis & quaſi malleus conterens Petram*. de qua ſcilicet vna percuſſione ſcintillæ plurimæ hinc & illinc micant. Patribus autem noſtris myſteria iſta ſcrutantibus id mihi videtur contigiſſe, quod amore captis cõtingere ſolet: Abſentes amores animo pertinaciter illis obuerſantur; colloquia, vigiliæ, inſomnia,

offendicula quæque inueterati doloris ſuauiſſimam memoriam refricant; lumina ſua errabundi quæritant, obuios quoſque an eis occurrerint ſciſcitantur, vt apud Ouidium coniunx caſtiſſima.

Quiſquis ad hæc vertit peregrinam littora puppim,
Ille mihi de te multa rogatus abit.

Et in Canticis diuina Sponſa, *Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.* Ita ſanctiſſimi Patres verbi diuini amore velut œſtro perciti, loca omnia, archiua, tabularia, Bibliothecas adierunt, luſtrauerunt, in quibus oracula diuina quoquomodo conſeruari famâ peruulgatum erat.

Studium hoc quod multis ſæculis elanguerat, ſuperiore tandem ſæculo reuiruit, & magna animi contentione propagatum eſt. Cùm autem multi multa in eo genere tentauerint, priorum labores editio Complutenſis à Cardinale Ximenio procurata multis paraſangis poſt ſe reliquit. Egregium

& memorabile Hiſpani Cardinalis opus,
immane eſt quantum ſuperauerint Biblia
Antuerpienſia Philippi II Catholici Hiſpa-
niarum regis auſpiciis & ſumptibus edita.
Quanquam autem poſteriori iſta editione
nihil hactenus viderit orbis terrarum, ſi im-
penſas ſpectes; magnificentius; ſi characte-
res, auguſtius; ſi ſinceritatem, caſtigatius:
Illam tamen & impenſis & charactere &
ſinceritate longè antecellit editio, quam Vir
clariſſimus & eruditiſſimus D. le Iay Pari-
ſienſis animo planè regio non modò moli-
tus eſt, ſed etiam ad vmbilicum perduxit.
Editio iſta priores omnes tãtùm ſupereminet, III
net, *quantum lenta ſolent inter viburna cu-
preſſi.* Maximi & ſapientiſſimi Cardinalis
heroicum conatum, potentiſſimique regis
admirandum opus adeo vincit vna Pa-
riſienſis ciuis pietas & magnificentia! Ni-
hil rhetorica exaggeratione laudamus: rei
præſtantiâ oratio noſtra ſuperatur. Ocu-
latæ ſunt manus noſtræ; credunt quod vi-
dent, & quod omnibus videre licet. Operi

ſi tanto ſermone meo fucum facio, tot ſunt mendacis fuci teſtes, quot Pariſiis ingenui ciues.

Nunc autem huc vſque incomparabilis
illa editio conducta eſt. Biblia, Græca, La-
tina, Hebraiça, & Chaldaica Antuerpiæ
excuſa; hîc integrè ab aliquot menſibus re-
cuſa ſunt: Nouum teſtamentum ſub prelo
eſt, & in lucem prodit quadrilingue, Græ-
cum, Latinum, Syriacum & Arabicum,
non tantùm trilingue, vt Antuerpiæ factum
IV eſt. Nunc verò ad opus hactenus intenta-
tum, dicam & inauſum ſeſe accingit, edi-
tionem ſcilicet Bibliorum Syriacam, Ara-
bicam, & Samaritanam duplicem, He-
bræo-Samaritanam, & Hebræo-Samarita-
næ Samaritanam tranſlationem. Syriacos
& Arabicos codices latinitate donat, eru-
ditiſſimus Theologiæ Doctor, & lingua-
rum Orientalium iam ab annis quindecim
Pariſiis regius profeſſor Gabriel Sionita na-
tione Syrus è monte Libano, ſed qui olim
Theologicis Latiniſque literis Romæ fuit

inſtitutus. De Samaritano Pentateucho cum illum nos Latinè vertamus, & publici iuris faciamus, multa nobis dicenda ſunt, quæ rerum ſacrarum ſtudioſum lectorem vtilitate ſua iuuare, & rei nouitate recreare poſſunt.

Pentateuchi Samaritani codicem quo vtimur, Bibliothecæ Oratorianæ cum maxima Librorum Rabinicorum partim excuſorum partim manuſcriptorum multitudine dono dedit Reuerendus Pater Harlæus Sancius Congregationis noſtræ Presbyter. Inter quos ſex ſunt antiquiſſima integrorum Bibliorum volumina nitidiſſimè & elegantiſſimè deſcripta: quorum vnum propter ſui molem in tres Tomos diſtinctũ literis vncialibus ante 420. annos ſummo ſtudio exaratum eſt. In his omnibus notarum Maſorethicarum perturbationes maximas, perturbationúmque cauſas videre eſt, quas olim in antiquis Bibliis manuſcriptis animaduerterũt doctiſſimi Grammatici Iacob Ben Chaiim præfatione in

magna Biblia veneta, & Elias leuita præfatione ſecunda in librum ſuum Maſoreth Hammaſoreth. Cum igitur prædictus ille R. Pater omnium diſciplinarum ſed præcipuè Hebraicarum peritiſſimus eſſet & ſtudioſiſſimus, próque legatione regia qua antequam Eccleſiæ nomen daret, apud Turcarum Imperatorem fungebatur, autoritate plurimùm valeret, maximis ſumtibus omnis generis libros Hebraicos Conſtantinopoli ſibi comparauit; & præ cæteris Pentateuchum Samaritanum, cuius memoria à temporibus S. Hieronymi ad nos vſque intermortua & penè deleta fuerat.

Codex iſte, vt iam monuimus præfatione
VI noſtra in 70. Interpretum tranſlationem, quæ ſtudio & cura noſtra inſtar Romanæ editionis Pariſiis edita eſt, addita inſuper verſuum adnotatione, Latinóque textu è regione Græci collocato, pulcherrimè & literis maioribus olim deſcriptus fuit. Primùm pertinuit ad Phinæam quendam filium Ithamar, Damaſci Samaritanorum Sacer-

Sacerdotem magnum, vt adſcriptum eſt in fine Geneſeos literis iam vſu & vetuſtate attritis, & nonnunquam obliteratis: minores enim multò ſunt & atramenti minus tenacis quàm eæ quibus textus exaratus eſt. Antea enim quidam Abraham filius Iacob eum deſcripſerat, vt ipſe eodem atramento & charactere nulla addita temporis æra in fine libri adnotauit. Poſtea Raban Ioſeph illum ſibi comparauit quadringentis argenteis per manus ſerui ſui anno Iſmaelitarum 782. (qui eſt Chriſtianorum 1404.) vt ad finem Exodi in ſpatio vacuo adſcripſit ſeruus ille, ſcriptura longe minus exacta quàm præcedens, & multo recentiore.

Præter codicem iſtum duos alios Hebræo-Samaritanos quotidie expectamus, vt eorum cum iſto comparatione editio noſtra omnibus ſuis numeris abſoluta prodeat. Hos paucos ante menſes è Palæſtina accerſiri curauit vir ampliſſimus literarum decus, déque literatis bene ſemper merens

D. Pereſius in ſuprema Prouinciæ curia Se-
nator integerrimus. Codicum iſtorũ alter
tricolumnatus eſt, & trilinguis, vnaquaque
dialecto per columnas diſpoſita : media
Arabica eſt, dextera Hebræo-Samaritana,
ſiniſtra Samaritana ; omnes charactere Sa-
maritano. Sicut enim Iudæi libros ſuos ſa-
cros in linguam Chaldaicam olim ſibi ver-
VII naculam tranſtulerunt ; Sic Samaritani
Pentateuchum ſuum Hebræum in diale-
ctum ſibi peculiarem: hoc diſcrimine, quod
Iudæi id præſtiterunt periphraſticè ; Sa-
maritani verò qui קראים ſunt, ſeu Textua-
rij & δευτερώσεις omnes explodunt, ad lite-
ram exactiſſimè ; ita vt interpres verba ſua
ad libellã & ad amuſſim cum πρωτοτύπῳ di-
menſus fuiſſe videatur. Hoc collegimus ex
ſpeciminibus iſtius Pentateuchi quæ Ro-
mâ ad nos miſit vir perilluſtris Petrus à Val-
le eques Romanus, qui cum literarum &
antiquitatis ſit amantiſſimus, ex Oriente
vbi multis annis vixit, Pentateuchum cha-
ractere & lingua Samaritanum ſecum at-

tulit, quem nobis vt euulgetur, pollicitus est, & breui speramus accepturos. VIII

Chaldaicam linguam, & Arabicam Hebraicæ dialectos esse, & ex ea pullulasse rectè monet autor libri Cozri ser. 2. c. 68. היו אלו שלש לשונות משותפות מתדמות הארמי והערבית והעברית בשמותיהם ובהליכותיה' ובשמושיהם. *Tres istæ linguæ, Chaldaica, Arabica, & Hebraica coniunguntur ex similitudine in nominibus suis, consuetudinibus & ministeriis.* Consuetudines & ministeria vt explicat Commentator ex libro Aben-Esræ שפה ברורה, *labium purum* sunt litterarum gutturalium & אהוי officia; Coniugationũ, pronominum, affixorum, & literarum biclam, &c. consimiles affectiones. Alibi quam in isto libro Aben-Esra, vt Genes. ca. 30. vers. 37. in hæc verba, לוז וערמון, idem testatur עצים הם רק לח שם התואר והגאון אמר כי לוז שקדים בעבור שנקרא כן בלשון ישמעאל כי הב' לשונות והארמית ממשפחה אחת היו. *Arbores sunt hæc tantùm, at* לח *nomẽ est Thoar. Gheon autem dixit quod luz est Amygdalus, eo quod*

sic vocatur linguâ Arabicâ: duæ enim hæ lingua & Chaldaica ex eadem sunt familia. Gheonem illum existimo esse Rabbi Saadiam qui sic κατ' ἐξοχὴν dictus est, quique Pentateuchum Arabicè vertit, librum אמונות seu veritatum, multáque alia composuit. Hæc manifesta sunt iis qui linguas istas mediocriter callent. Si de Arabica hæc vera sunt, multo magis de Syriaca & Samaritica, quæ à Chaldaica paucis differunt. Quamobrem quod hactenus orbis non vidit, quod viri docti desiderio, aut opinione vix assecuti sunt, numquam satis laudati viri domini le Iay regiis impensis, en præstitum habes, sacra scilicet oracula non modo Hebraicè, sed etiam omnibus Hebraicæ linguæ dialectis virtutem Dei, vniusque hominis piam magnificentiam vbique resonantia.

Hebræo-Samaritani Pentateuchi παράδειγμα integræ editionis proludium edituri, quatuor præfari non abs re visum est. Primum de Samaritanorum origine, religio-

ne, & moribus. Secundum de Samaritanorum charactere quem Iudæi omnes Hebræum esse fatentur. Tertium de codicis nostri veritate & sinceritate. Quartum denique de istius codicis varia vtilitate. Rabinorum testimonia quorum magnam copiam producere necesse nobis fuit, Hebraicè describimus designatis capitibus & plerumque paginis, vt qui Hebraicarum literarum periti sunt, libros ipsos facilè consulant. Deinde stylo simplici verbum fere semper è verbo reddimus, vt si fortè librorum auxilio destituti sunt, eos non modo consulere non cogantur, verùm etiam versionem nostram per seipsos emendare possint. Peccata ab aliis commissa silentio prætérimus; quæ rectè animaduersa nobis videntur grato animo approbamus. Semper mihi placuit in autorum lectione id quod è Iudæorum sapientibus non nemo dicere solebat, רימון מצאתי תוכו אכלתי קליפתו זרקתי IX *Malogranatum inueni, interiora comedi, corticem abieci*. Tam enim mihi sapere vi-

dentur illi qui cap. 2. פרקי אבות, interrogati quis ſapiens eſſet, reſpõderunt למד מכל אדם *qui diſcit ab omnibus hominibus*, quàm illi deſipere qui famam per aliorum dedecus ſibi comparare ſatagunt, quique ab aliis ſiue iure, ſiue iniuria caſtigati ſtatim ſtomachantur.

De origine Samaritanorum, & Iudæorum aduerſus illos odio capitali.

CAPVT II.

I. *Samaritanorum origo.* II. *qua occaſione legem Dei amplexi ſunt.* III. *Cauſæ inimicitiarum inter Iudæos & Samaritanos.* IV. *Formula anathematis quo Samarit. Iudæi percuſſerunt.* V. *Quouſque odium proceſſit.* VI. *Quando templum Garizim ædificatum.* VII. *De tempore Rabinorum & Talmudiſtarum contentio.* VIII. *Quando Samaritani purius Deum coluerunt.* IX. *Iudæos ad diſputationem de lege laceſſunt.* X. *Iudæi euertunt Samariam & templum Garizim.* XI. *Samaria ab Herode inſtauratur.* XII. *Quo anno & computo Paſchali vtantur Samaritani.*

SAmaritanorum hiſtoria à Samaritanis peti non poteſt; nulla enim ipſorum geſta aut Chronica in lucem edita ſunt, aut in bibliothecis conſeruantur, Ioſephi Sca-

ligeri bibliothecam ſi excipias, qui chronica iſtius gentis è lingua Hebraica in Arabicam tranſlata ſemel atque iterum citauit. Ab exteris igitur aliqualis iſtius gentis cognitio nobis petenda eſt. Samaritani origi- I
ne ſunt Aſſyrij & Babylonij in ciuitates decem tribuum Iſraelis à Salmanaſaro traducti. Hac autem occaſione religionem Iudaicam amplexi ſunt. Cum primùm terram illam colere cœperunt, immiſit Deus in eam feros leones à quibus miſerè vexabantur noui iſti incolæ. Calamitatem hanc propter neglectum Dei cultum ſibi infligi ſtatim præſenſerunt. Re igitur ad Salmanaſarum renuntiata vnum de Sacerdotibus captiuis ad eos remiſit, qui legitima Dei terræ eos doceret, atque hoc ſolo ἀλεξιφαρμάκῳ leonum feritas domita & reſtincta eſt.

In capitibus Eliezeris ſect. 38. Leuitæ duo miſſi dicũtur quorum nomina referuntur, nonnullaque alia quæ memoratu digna
ſunt. Audito de leonibus rumore, inquit II
R. Ioſe, conuocauit Salmanaſar ſeniores

captiuitatis qui ſubdolo reſponſo ſuo in patriam ſe poſtliminio reuerſuros ſperarunt: Verum rege ſpem ipſorum fallente res aliter ceſſit, inquiunt igitur אדתנו המלך הארץ
ההיא אינה מקבלת גוי שאינו נמול אמר להם תנו מכם
שנים וילכו וימלו אותם וילמדו ספר התורה ודבר המלך
אין להשיב ושלחו את רבי דוסתאי ור' זכריה ומלו אותם
והיו מלמדים אותם ספר התורה בכתב נותריקון ובוכים
Domine noſter Rex, terra iſta non recipit gentem incircũciſam, (Regem ſperabãt reſponſurum, redite igitur in patriam veſtram, ſed expectatione ipſorum eluſa.) *Reſpondit eis, date duos de vobis, eantque & circumcidant eos, & doceant librum legis. Verbo autem regis nihil erat reponendum. Miſerunt igitur R. Doſithæum & R. Zachariam, qui flentes circumciderunt eos, & docuerunt eos librum legis cum ſcriptura ænigmatica & compendiaria*. Legem autem ita obſeruarunt vt deos ſuos non negligerẽt ſicut teſtatur Scriptura ſacra 4. Reg. cap. 17. Longo tempore ἀμφίβιοι vixerunt, Iudæiſque non inimici: Tandem occaſio data eſt & inimicitias gra-

grauiſſimas cum Iudæis exercendi, & puriorem Dei cultum amplectendi.

Inimicitiarum cauſas referunt liber Eſ- III
dræ ſecundus, & Ioſephus antiquitatum Iudaicarum libr. 11. cap. 5. Eæ autem nullæ aliæ fuerunt quàm Samaritarum, ne muri Hieroſolymitani ædificarentur, varia obſtacula, & Nehemiæ ſtructæ inſidiæ. Militum centum & octoginta millia ſi Eliezero credendum eſt, aduerſus Eſdram, Nehemiã, cæteroſque Iudæos reduces coegerũt.
מה עשה עשרא וזרובבל בן שאלתיאל ויהושע בן יהוצדק
וקבצו את כל הקהל אל היכל יי״ והביאו שלש מאות
כהני׳ ושלש מאות תינוקות ושלש מאות שופרות ושלש
מאות ספרי תורה בידם והיו תוקעים והלוים משוררים
ומזמרים ומנדים את כותיי׳ בסוד שם המפורש ובכתב
הנכתב על הלוחות ובהרם בית דין העליון ובחרם בית
דין התחתון שלא יאכל אדם מישראל פת כותי עד עולם
מכאן אמרו כל האוכל בשר כותי כאלו אוכל בשר חזיר
ואל יתגייר אדם כותי׳ ואין להם חלק בחיית המתים
שנאמר לא לכם ולנו לבנות בית אלהינו לא בעולם הזה
ולא בעולם הבא ועוד שלא יהיה להם חלק ונחלה
בירושלם. *Quid fecerunt Eſdras & Zoroba-*

bel filius Salathiel, & Iosue filius Iehosedech? coegerunt omnem congregationem in domum Domini, & venire fecerunt trecentos Sacerdotes, & trecentos pueros: trecentæ autem tubæ, & trecenti libri legis erant in manibus eorum. Illi autem clangentes tubis, Leuitæ verò canentes & psallentes fugauerunt Cuthæos per secretum nominis expliciti (id est יהוה) *& per scripturam scriptam super tabulas, & per anathema domus Judicij superioris, & per anathema domus iudicij inferioris, vt nullus*
IV *Israelita comederet buccellam Cuthæi in æternum. Ab eo tempore pronuntiarunt, Quicunque comederit carnem Cuthæi, sicut qui comedit carnem porcinam: Neque fiat Cuthæus proselytus; neque sit illis pars in resurrectione mortuorum, sicut dictum est, non nobis & vobis ædificatio domus Dei neque in hoc seculo neque in futuro; Et adhuc non sit eis pars & hæreditas in Jerusalem.* Hoc anathema Iudæis Babyloniis miserunt, qui illud non tantùm approbarunt, verùm etiam ingeminarunt.

Ieſus filius Sirach, qui paulò poſt ſæuiſſimi iſtius odij eruptionem ſcribebat, eiuſdem anathematis argumẽtum præbet, cum ait Eccleſiaſtici c. 50. v. 27. 28. *Duas gentes odit anima mea, tertia autem non eſt gens quam oderim: Qui ſedent in monte Seir, & Philiſthiim, & ſtultus populus qui habitat in Sichimis.* Hinc originem ducit dictum illud vulgare, quod Samaritana mulier Chriſto domino noſtro exprobrat Ioan. 4. *Quomodo tu Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana, non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.* Eo autẽ vſque odio etiam nunc feruntur in Samaritanos Iudæi, vt coria & pergamena ab iis præparata, prophana cenſeant, in iiſque legem aut Thephillim deſcribere illis ſit illicitum. Cuius rei rationem vniuerſalem affert Moſes Ægyptius parte prima יד חזקה, tractatu de Thephillim ſect. 1. num. 11. כל דבר שצריך מעשה לשמו אם עשהו הכותי פסול. *Quidquid neceſſe eſt fieri nomine ſuo, ſi illud faciat Cuthæus, prophanum eſt.* Hoc axioma deſum-

psit Moses ex Talmudis tractatu Ghittim sect. 2. vt notat Ioseph Ben-Karo in commentario כסף משנה. Si tamen libros legis in eorum manibus inueniant, ab iis licet illos tollere, forte enim, inquiunt, recti & sancti sunt: sed oblatos nō licet accipere aut emere, ne illos furari consuescant vt ibidem admonent, & Moses & Commentator. hæ fuerunt inimicitiarum causæ, quæ tandem gentes illas, vt referemus, ad mutuam internecionem incitauerunt.

Puriorem Dei cultum amplectendi hanc occasionem nacti sunt. Regnante Dario vltimo Persarum rege Iudæorum Pontifex magnus erat Iaddus, cuius frater Manasses. Filiam suam Manassi collocat Sanaballetus genere Cuthæus, Samaritanis à Dario Præfectus. Prophanas nuptias licet nobilissimas auersantur Iudæi, eóque tandem altercando deuentum est, vt ab altaribus arceretur Manasses. Ira tumens & repulsæ impatiens secedit ad Sanaballetum qui permittente Dario & postea Alexandro templum Hie-

rosolymitano simile in mōte Garizim ædificat, cuius Pontificem maximum constituit Manassen generum suum. Illuc sese receperunt multi nobiles Iudæi prophanarum nuptiarum conscij, ne quas duxerant vxores repudiare cogerentur. Hæc fusius Iosephus antiquit. Iudaic. lib. 11. ca. vltimo, qui addit, *Si quis apud Hierosolymitas aut illiciti cibi sumpti, aut violati sabbati, aut similis criminis reus ageretur, ad Sicimitas cōfugiebat, calumniam se passum dictitans.* VI

Eandem occasionem templi ædificandi referunt Abrahæ Cabbala & liber Iuchasin אז אלסכנדר כשנסע מירושלים יצא אליו סנבלט החוריני עם מקצת ישראל ומבני יהושע כהן גדול שנתחתנו עם הכותיים שהבריהם עזרא הכהן ונחמיה מבית ה׳ ושאל מאלסכנדר שיבנו הכהני׳ התניו בית מקדש בהר גריזים וצוה המלך להעשות כן ויבנו הבית׳ אז יחלק ישראל לחצי חצי העם אחר שמעון הצדיק ואנטונינוס תלמידו וסיעתם כפי מה שקבלו מן עזרא ומן הנביאים והחצי אחר סנבלט וחתניו והקריבו עולות וזבחים חוץ לבית ה׳ ובדו מלבם חוקים ובבית הזה כיהן חתן סנבלט מנשה בן יהושע בן יוצדק כהן ואז צדוק וביתוס תלמידי אנטינגו׳



היו לראש וזאת היתה תחילה חמינו שהלכו בזמן אנטננוס רבם למקדש הר גריזים והיו לראשם. *Illo tempore cùm discederet Alexander è Ierusalem egressus est ad eum Sanaballetus Churonites cum aliquot Israelitis & filijs Iosue sacerdotis magni, qui affinitatem contraxerant cum Cuthæis, quosque fugauerant Esdras sacerdos & Nehemias à domo Domini: petiitque ab Alexandro vt sacerdotes generi sui ædificarent templum in monte Garizim: quo à rege præcepto templum ædificauerunt. Tunc diuisus est Israel in duas partes: Pars populi secuta est Simeonem iustum & Antigonum* (malè in exemplari Hebræo Constantinopolitano scribitur *Antoninus.) Discipulum eius & sodalitium eorum iuxta id quod acceperant ab Esdra & Prophetis; pars autem alia Sanaballetũ & generos eius: obtuleruntque holocausta & sacrificia extra domum Dei, & commenti sunt de corde suo instituta. In domo autẽ ista sacrificio functus est gener Sanaballeti Manasses filius Iosuæ, filij Iosedech Sacerdotis magni. Tunc etiam*

Sadoch & Baitus discipuli Antigoni fuerunt in caput, & hoc fuit principium hæreseos; nam iuerũt tempore Antigoni magistri sui in templum Garizim, fueruntque in capita, Gedalias in catena sua Cabbalistica breuissimè ait templũ illud conditũ fuisse, עם עזר השמרונים כותיים וסיעת צדוק וביתוס *cum auxilio Samaritanorum Cuthæorum & secta Sadoch & Baitus.* causam verò refert in dissidium Oniæ & Samei fratrũ de Pontificatu, quod ex Talmud Hierosolymitano elicit: verùm σφάλματι μνημονευτικῷ Rabini illi lapsi sunt, vt ex Iosepho de bello Iudaico libr. 7. cap. 30. facile est colligere.

Sententiam aliam de eiusdem templi cõ-
ditu refert admodum probabilem, quam ex
Talmud Babylonico promit, ante scilicet VII
Alexãdri imperium ædificatum fuisse tem-
plum Garizim. Hoc etiam notauit R. Aza-
rias tertiæ partis מאור עינים c. 21. ipsius verba
referre satis esto, אפס על דבר הבמה שהוקמה
מאת הכותיים בהר גריזי' לפי מה שהובא במסכת יומא
פ' בא לו ובמגלת תענית פט" נראה כי בימי אלכסנדרוס



מוקדון היתה כבר בנויה מני קדם וכי בבקש הכותיים ממנו להחריב את בית אלהינו אשר בירושלם יצא שמעון הצדיק עם חבר כהנים לקראת אלכס׳ והשיג להרוג את הכותיים ההם וחרשו את הר גריזים ויזרעוהו כרשינין ומלח׃ *Verumtamen quod ad locum excelsum attinet erectum à Cuthæis in monte Garizim iuxta id quod refertur in tractatu Ioma sectione* בא לו *& in Megilla, apparet quod in diebus Alexandri Macedonis iam à longo tempore ædificatus erat: Atque etiam quod cum petierunt Cuthæi ab eo vt destrueretur domus Dei nostri quæ est Hierosolymis, egressus est Simeon iustus cum comitatu Sacerdotum in occursum Alexandri, & obtinuit, vt occideret Cuthæos istos, & ararent Iudæi montem Garizim, seminarentque in illo viciam & sal.* (vitiosa est citatio secunda במגלת תענית פט" quanquam à Gedalia eodem modo referatur. testimonium illud ex eodem fonte vterque hausit) Azariæ tamen sententia sicut & R. Abraham in Kabbala sua eadem est cum sententia Iosephi Græci quem Romanum vocare solent. Historiam

verum

autem illam Talmudicam de Cuthæorum interfectione, quæ, vt ſonat falſiſſima eſt, referendam eſſe ait Azarias ad illam quam narrat Ioſephus libro 13.cap.6. quæ contigit regnante in Ægypto Ptolemæo Philometore, quámque infra exhibebimus. Hinc manifeſtum eſt Iudæos in iis quæ de tempore Sanaballeti, Manaſſis, Eſdræ, Simeonis iuſti, templi Garizim, aliorumque eiuſmodi ſcribunt, non ſatis ſibi conſtare, atque aliunde exactum temporum iſtorum epilogiſmum eſſe colligendum. Verùm vt ait Gedalias אין בלבי ויכולתי לחכריע בעניני ההם· רק יהיו לך מזכרת דרך מעבר. *Non fert animus, neque potis ſum quæſtiones iſtas examinare & diſcutere: de his tantùm obiter monitus eſto.*

Tunc igitur Samaritani Idolis relictis VIII
Deo ſoli ſeruierunt, Iudæorúmque non contemnendus numerus cum ipſis coaluit. Huc reſpiciens Ioſephus dixit ad finem lib. 9. eos Deum verum diligenter colere, & S. Epiphanius hæreſi 9. *Illi accepta lege hoc vnum ſtuduerunt, vt idolorum repudiata*

ſuperſtitione vnum Deum agnoſcerent. Hæc vera erant Epiphanij & Ioſephi temporibus, ſed ante Sanaballetum & Manaſſen teſte ſcriptura cultui diuino idololatriã miſcebant. Hinc fons aperitur interrogationis mulieris Samaritanæ Ioan. 4. *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Ieroſolymis eſt locus vbi oportet adorare*. Contentionem iſtam egregiè depingit Ioſephus lib. 12. c. 1. *Seditiones continuæ fuerunt inter eorum poſteros & Samaritas* (de Samaritis & Iudæis loquitur quos Iudæa & Samaria deuicta Ptolemæus Lagus in Ægyptum traduxit) *inſtituta patria peruicaciter retinentes; pugnabãtque inter ſe iugiter, dum Hieroſolymitani ſuum templum ſacroſanctum eſſe affirmant, & victimas non aliò mittendas: Samaritæ contra in montem Garizim eas mitti debere contendunt*.

IX Contentio iſta regnante in Ægypto Ptolemæo Philometore vlterius progreſſa eſt, vtraque gente ſacrorum auitorum ſanctitati pleniſſimè confiſa. Auſi enim ſunt Sama-

ritani capitis cum periclitatione ſi causâ caderent, ex lege Moſaica demonſtrare Garizitanum templum Hieroſolymitano præferendum eſſe. Ad Ptolemæum regem vtrimque prouocatur: ſedet Rex litem dirempturus, aſſident amici; ex cõdicto vtrique vadimonium ſiſtunt. Samaritanorum cauſam agunt Sabbæus & Theodoſius, Iudæorum Andronicus. Ante cauſæ exordiũ Deum regémque iurant ſeſe ex lege tantùm argumenta petituros, ſimulque rogãt vt qui iuſiurandum violauerit, morte ſtatim plecteretur: tanta erat omnibus patriæ religionis confidentia! Sabbæus & Theodoſius Andronico vt prior diceret concedunt. In ſpem victoriæ arrectis vtriuſque partis animis incipit Andronicus, atque ex lege, vt ait Ioſephus Antiq. li.13.c.6. religionis Iudaicæ ſanctitatem demonſtrat, *oſtenditque per continuas Pontificum ſucceſsiones, ſacerdotij vſque in ſua tempora propagationem, & ab omnibus Aſiæ regibus maieſtatem eius loci honoratam donarijs: Garizitani*

verò ac ſi omnino nullum eſſet, nunquam ab his habitam rationem. His & talibus rationibus perſuaſit regi, vt decerneret Hieroſolymitanum eſſe ex ſententia Moſis conditum, Sabbæum verò & Theodoſium addiceret ſupplicio. Iudæorum rebus proſperè ſuccedentibus, mutuiſque odiis recrudeſcen-
x tibus, Samaritanorum templum funditus tandem deletum eſt à Ioanne Hyrcano ducentis annis poſt iacta fundamenta, vt ſcribit Ioſephus lib. 13. c. 17. cui conſentiunt Zacuth, Abrahæ Cabbala & Gedalias. His nõ contentus Hyrcanus, Samaritanorũ regionẽ imperio Iudaico ſubiecit, Samariámque gentis Metropolim euertit. *Hyrcanus*, vt ait Ioſephus, *integro anno in oppugnatione exacto, non contentus vrbem capere etiam ſolo eam æquauit, ductis illò torrentibus; quorum eluuie ita cuncta fœdata ſunt, vt ne veſtigium quidem ſupereſſet eius oppidi.*

Sic tandem Samaritanis Iudæi dominati ſunt, ſed paucis annis elapſis in Syriæ regum poteſtatem rurſum deuenerunt; quibus bre-

qui deletis Iudæa & Samaria Romanorum Prouinciæ factæ sunt. Postea cùm Augustus deuicto Antonio rerum potiretur, Samariam & aliquot vrbes Herodis regno adiecit, vt autor est Iosephus li. 15. c. 11. Loci XI
opportunitate, qui Hierosolymis vnius tãtum diei itinere distat, ductus Herodes, Samariam à fundamentis pulcherrimè & magnificentissimè instaurauit, Sebasten mutato nomine vocauit, atque in ipsius meditullio templum ingenti sumptu condidit. Herode mortuo in Romanorum potestatem redierunt, nec amplius Iudæis seruierunt. Samaritani tamen pro antiquo more, preces & sacrificia cõtempto Herodis templo in monte Garizim semper obtulerunt, vt ex Euangelio constat, & hodierna consuetudine, qua eorum Pontifex qui Sichimis ad montem Garizim sedet, cæteris Samaritanis imperitat, iisque Paschatis & fe- XII
storum tempora quotannis literis circularibus definit. Exemplar Paschalis eorum cõputi edidit Iosephus Scaliger in libro de

Emendatione temporum. Libro autem tertio Canonum Iſagogicorum notis in cap. 5. Samaritanos modũ anni à Iudæis eſſe mutuatos affirmat, & Hipparchi calculos cæteris præferre. Verùm in computo Paſchali Samaritanos à Iudæis plurimùm diſſentire autor eſt Moſes Ægyptius parte prima יד חזקה tractatu de ſanctificatione mẽſis, ſectione vndecima, num. 2. ודרכי החשבון יש בהן מחלוקות גדולות בין חכמי הכותים הקדמונים שחקרו על חשבון התקופות והגימטריות ואנשים חכמים גדולי׳ נשתבשו בהן; *Quod ad viam & methodum computi, differentiæ ſunt magnæ inter ſapientes Cuthæorum antiquos qui ſtuduerũt inquiſitioni computi tekupharum & Geometricarum demonſtrationum. Viri quoque ſapientes magni perplexi fuerunt in eo, &c.* Ex his viri doctiſſimi verbis manifeſtum eſt Samaritanorum ſectam ſapientes viros, Mathematiciſque ſcientiis inſignes habuiſſe, eóſque alia methodo quã Iudaica Paſchalem computum iniuiſſe.

DIGRESSIO
De Iudæorum anno, & computo Paschali ante Christianorum æram.

CAPVT III.

I. *Ex-tempore & exquisitè scribere nemini concessum.* II. *Quoties & quando Computus Iudaicus instauratus est.* III. *Talmudis anachronismus.* IV. *Liber Beresith Rabba trecentis annis recentior quã Iudæi putent.* V. *Annus contractuum quando cœpit.* VI. *Quo tempore scripsit Eliezer Hyrcani filius.* VII. *Cyclum solarem annorum 28. descripsit.* VIII. *Quando solaris anticipatio Iudæis cognita.* IX. *R. Addæ Periodus qualis.* X. *Iudæorum cyclus lunaris magnus 21. annorum.* XI. *Error Commentarij Rambam.* XII. *Minutiæ Astronomicæ Iudæorum quales.* XIII. *Iudæorum antiquorum de anno lunari rudis cognitio.* XIV. *Enneadecaëterida vocat Eliezer cyclum Embolismi.* XV. *Embolismorum sedem mutat.* XVI. *Lunam cum Sole periodo 84. annorum conciliat.* XVII. *Quare antiqua Iudæorum Paschata nulla periodo inuestigari possint.* XVIII. *Clauem intercalationis à 20. mensis Tebeth petit.* XIX. *Intercalationis Iudaicæ varia causa.* XX. *Annus Iudæorum solaris, menses lunares.*

DIgressionem in tantilla opella instituam, non equidem, vt mihi videtur, temerariam, aut erudito lectori ingratam. Longissimè enim absum ab eorum sententia, qui cruda & indigesta materiæ vndique conuasatæ & consarcinatæ mole I

lucubrationes ſuas, ſi modo lucubrationes dicendæ ſunt, infercire malunt, quàm maturo & decocto rerum & opinionum variarum ſucco condire. Res vnaquæque ſucci parum habet, fæcis plurimùm. Pauciſſimis multa ſcribere & benè conceſſum eſt; nemini vt opinor, ex-tẽpore & exquiſitè. Vilia animãtia fœtus multos ſimul pariunt, & ſæpius; Nobilia, vnum & rarius. Quo viuaciora ſunt, eo minùs pariunt, & tardiùs partum emittunt. Digredimur à propoſito, verùm digreſſio noſtra non eſt eiuſmodi quæ per indices ſapiat, & quam quicunque oculatus eſt proſpicere poſſit. Rei eſt quam viri doctiſſimi diu perſecuti ſunt, aſſecutus eſt nemo. Αἴνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. *Lauda*, inquit Pindarus olymp. hymn. 9. *Vinum vetùs, ſed nouorum hymnorum flores.* Vtraque laudationis cauſa huc concurrit: rei enim eſt vetuſtiſſimæ & nouiſſimæ. Vetuſtiſſimæ, cùm de vetuſtiſſimo Iudæorum computo agatur; nouiſſimæ, cùm qualis ille fuerit huc vſque
nullus

nullus aperuerit. Computum illum antiquiſſimum inſtituere non fert animus; τῶν παρέργων acceſſione non adeò lætamur. Satis eſto vbi computi inſtituendi præcepta tradantur, monere, præcipuáque inde excerpere & ea prodere, vt qui rerum iſtarum ſtudioſi ſunt, hoc ſpecimine extimulati, ab ipſis fontibus rei caput arceſſant.

Iudæorum computum ſeu Calendarium II
Rabinos tres inſtauraſſe, Samuelem ſcilicet, Addam, & Hillelem referunt Hiſtoriæ Rabinicæ. Samuel caput fuit ſcholæ Nahardeenſis anno mundi Iudaico 3999. Chriſti 239. Annis poſtea quatuor Soram euocatus eſt. Gedalias ait ſapientia Græca inſtructum fuiſſe, & vocatum Samuelem ירחינאה לפי שהיה בקי בסוד העיבור *luniſtam eo quod exercitatus eſſet in ſecreto intercalationis*. Ita eum vocat liber Iuchaſin in fine catalogi τῶν Thanaim, & in catalogo Amoraim vbi de illo loquitur. Corrigendus eſt autem Gedaliæ textus, tum ex ſeipſo, tum ex libro Iuchaſin, cùm ait Samuelẽ obiiſſe

anno mundi 4000. mors enim illius nouem post hæc annis contigit. De R. Adda filio Ahabæ multa refert Iuchasin in catalogo Amoraim, sed præ cæteris in Tecupharum scientia excelluisse, eiusque doctrinam & supputationes Iudæos esse secutos. Scribitur in Beresith Rabba parascha seu sectione 55. eodem die natum esse quo obiit R. Iehuda, qui per Antonomasiam רבינו *magister noster* ab iis vocatur. Mortuus est autem Iehuda, qui Antonini Cæsaris vt fert vtrũque Talmud, familiaris fuerat, anno Christi 220. diutissimè autem vixit R. Adda, quamobrem ad annum circiter trecentesimum peruenit: cùm enim obiit, summæ rerum Iudaicæ R. Hona & Rabba præfecti erant. Itaque errant Talmudistæ in sectione seu potius tractatu de decem ge-
11 nealogiis, cùm asserunt quo die Iehuda mortuus est, vocem è cœlo auditam esse, Addam in sinum Abrahæ receptum. Anachronismum istum excusat Salomon Iarki, explicans sinum Abrahæ de Addæ cir-

cumcisione quæ illo die facta est.

Notandum obiter ex illo testimonio Beresith Rabba quod produximus, manifestè colligi librum illũ magnæ apud Iudæos autoritatis 300. annis tempore posteriorẽ esse, quàm vulgo existiment Iudæi. Autor istius libri, vt ferunt, fuit R. Rabba Bar Nachmã qui teste Gedalia in catena Cabbalæ obiit anno mundi Iudaico 4082. Christi 322. Sed æram istam verba textus longè deprimunt. Probat R. Abba filius Kehana iustos esse coram Deo sicut sol Oriens & Occidens, cũ iustus vnus occidit, Deo sic prouidente, alterum statim oriri. Id autem facit Abba longæ successionis inductione, Quo die mortuus est R. Akiba, natus est Rabenu: quo die mortuus est Rabenu, natus est Adda filius Ahabæ: quo die mortuus est Adda, natus est Abbon: quo die mortuus est Abbon, natus est filius eius Abbon: quo die mortuus est Abbon, natus est Abba Hoseas: quo die mortuus est Abba Hoseas, natus est R. Hoseas, de quo sicut de cæteris IV

ait Abba, dictum eſt וזרח השמש ובא השמש &c. *ortus eſt ſol, & occidit ſol.* Abba autē ille filius Kehanæ poſt Hoſeam poſteriorem vixit; autor quoque libri qui Abbam hæc referentem introducit, poſt Abbam ſcripſit; antiquorum enim verba tantùm referre ſolet. Hæc ſanè ante annum à Chriſto Domino noſtro ſexcenteſimum ſucceſſiuè vix contingere potuerunt. Iſta de re non inutili notata ſunto.

Hillel computo Iudaico manum vltimam & coronidem impoſuit, anno contractuum 670. vt autores ſunt liber Iuchaſin in Hillel, & Catena cabbalæ folio 34. Annus autem ille Iudaicæ ſupputationis reſpondet æræ Chriſtianæ 359. Init enim
V Epoche illa Alexandræa anno mundi Iudaico 3449. & ab egreſſu Ægypti milleſimo, vel vt Ieſud Holam & Tſemach Dauid ſcribunt, vno anno tardius. Autor Ieſud Holam qui cæteris multò vetuſtior eſt, ſcribebat enim ante trecentos annos, Hillelem iſtum refert ad annum mundi 4260. Chriſti

quingentesimum. Hillel iste quem principem & ducem vocant, Calendarium & intercalationes Iudæorum interpolauit & instaurauit iuxta sententiam R. Addæ, vt narrant Iudæorum historici omnes: ipsius postea numeros secuti sũt Iudæi, & secuturos sese profitentur donec veniat ipsorum Messias. Ista quæ cæteri prætereunt ex Iudæorum monumentis monuisse sufficiat: nam consilium nostrum non est quæ Neoterici de cõputo disputant, ad incudem reuocare. Qui ista discere cupit, & Hebraicè intelligit, à Iudæis cognitionem petat. Præ cæteris facillima methodo, vt aliàs semper solet, doctrinam istam explicat Moses Ægyptius in tractatu de sanctificatione mensis; nihil ille omittit quod ad rem faciat. Vnde miratus sum tractatum istum aliquando percurrens viros doctos qui Hebraismi scientiam tantopere ostẽtarunt, quique Iudæorum computis Hillelianis tamdiu insudarunt, ieiunè, & tamen gloriabundos de hac materia scripsisse. Mysteria ista primus re-

clusit Sebastianus Munsterus vir Hebraicarum & Chaldaicarum literarum solidissimè peritus. Qui Calendariũ ipsius Hebraicum legerit, hoc vnum in aliis mirabitur quod fere præterito ipsius nomine telã ab ipso affabrè textam perplexè retexuerint.

Nunc autem ego Iudæorum computum cuius non meminerunt Neoterici, siue Iudæi siue Christiani, atque eo quem explicant longè antiquiorem hîc breuiter è Iudæorum tabulariis erutũ enarrare incipiã.

VI De libro vnde ista excerpemus pauca præfabor. Liber ille inscribitur פרקי רבי אליעזר *Capita R. Eliezieris*. Omnium librorum Iudaicorum qui extant est antiquissimus. Eliezeres in Talmude plurimi commemorantur, vt videre est in libro Iuchasin; sed noster Hyrcani viri ditissimi filius fuit à Iudæis magnus dictus: vixit annos multos ante & post templi desolationem, vt manifestum fit ex sectione prima & secunda ipsorũ capitũ. R. Bechai in ca. 18. Exodi vers. 4. generis originem à Mose duxisse affirmat.

Vxorem habuit, vt autor est Gedalias, Gamalielis eius scilicet qui S. Pauli præceptor fuit, filiam, Simeonis autem sororem. Eliezeris stylus simplex ad Hebraismum castigatus, parabolis vt sese explicet frequens, ab eo tempore non abhorret. Akibæ famosissimi Rabini præceptor fuit. Multa de isto Eliezere refert Talmud quæ collegit in libro Iuchasin Abraham Zachuth. Sententiæ, laudésque eius multæ c.2. libri פרקי אבות congeruntur. Sectionibus libri sui 6.7.& 8. de motu Solis & eius Thecuphis, de Neomeniis & motu Lunæ, & de intercalationis secreto, multa disserit. Dimissis fabellis nonnullísque minoris momenti præceptis, pauca sed præcipua referemus.

Sectione sexta annuũ solis motum iuxta numeros Cæsaris, & Sosigenis exactè colligit. Eicosioctoëterida præterea solarẽ agnoscit ex quatuor Heptaëteridibus propter residuum diei quadrantem compositã מהזור גדול של חמה שמונה ועשרים שנה ושבעה מהזורים הקטנים יש בו מארבע ארבע שנים השבון

VII יומות שנות החמה שס״ה ימים ורביע יום. *Circulus*, inquit, *magnus ſolaris annorum eſt* 28. *ſeptē autem ſunt circuli parui in eo; vnuſquiſque quatuor annorum. Summa autem dierum annorum ſolarium eſt dierum* 365. *& vnius diei quarta pars*, Deinde quatuor Thecuphas, hoc eſt quatuor anni cardines ex hoc iacto fundamento aſſignat, vnamquamque 91. dierum horarum 7. cum dimidia. Thecupharũ præterea & quatuor Heptaëteridum initia reſpectu habito ad ſeptem Planetas diſponit. Quàm hæc à Neoterico Iudæorum computo longè abeant, qui cognoſcere deſiderauerit, illa comparet cum iis quæ docet Moſes Ægyptius, ſect. 10. tractatûs de ſanctificatione menſis, ſed præcipuè cum verbis Commentatoris annum, & Thecuphas R. Addæ doctiſſimè & penitiſſimè ediſſerentis. Digitum hîc & ſequentibus in fontes intendiſſe ſatis eſt. Sectione 9. Idem Moſes Thecuphas diſtribuit iuxta annum ſolarem Iulianum non ſecus ac Eliezer, verùm de earum initiis longè aliter

aliter philoſophatur. Illa diſtributio ex R. Samuelis calculo petita eſt, vt docent Obadias in Moſē, Gedalias fol. 73. liber שארית יוסף non longè ab initio, & fusè expāſiſque numeris iſta explicant Ieſod Holam ad finem ſermonis 5. & Daniel Cohen ad finem portæ primæ.

Nihil adhuc ſubolfaciebant Iudæi de Solis προηγήσει: Iudæorū primus R. Adda quadranti deeſſe nonnihil animaduertit. Defectum notauit Iudaicis min. & ſcrup. 82. 28. in Exemplari meo pro כ reponēdum פ. Itaque iuxta Addæ calculos 314. annis 249. diebus 17. horis, Iud. min. 396. & ſcrup. 61. qui nobis ſunt 22ᵐ. 2″. 41‴. vel ſcrupuloſiùs ſubducto de diebus iſtis ἀναλόγως quadrātis exceſſu 18ᵐ. 37″. 34‴. 18⁗. 40'''''. vno die Thecuphā Arietis ſol anteuertit. Ptolemæus idē ſtatuit 300. annis. Alphonſus 134. annorum curriculò προήγησιν illam definit. Verùm indignus Adda qui cum tantis Mathematicis comparetur: Puerili enim diuiſione, nullâque ſolarium motuum habita ratione an- VIII

F

num ſuum circumſcripſit. Quum videret in Enneadecaëteride Lunam cum Sole non committi, quod omnes Aſtrologi docebant, ſed προήγησιν fieri, vt ſcribit Moſes, ſect. 9. num. 2. horæ vnius & 485. partibus, hoc eſt, 26‴. 56″. 40‴. tẽpus hoc in 19. annos diſtribuit, & quod è diſtributione ſuperfuit, ſcilicet 82. 28. anno ademit. quo facto vt notauit Moſes ſect. 10. num. 1. & liber שארית יוסף loco citato Solis motus 19. annorum ſpatio lunari adæquatus eſt. Sed parum ille ſollicitus fuit, an vt in pugillaribus, ita in cœlo res ageretur. Hæc præter inſtitutum monuiſſe ſatis eſt, ad Eliezerẽ reuertamur.

Sectione ſeptima Ioannem, Gamalielem alióſque de Lunari computo ita differentes Eliezer inducit, vt lunarem cyclũ magnũ vnius & viginti annorum componant ex ſeptem trieteridibus cõſtantem, מחזור הגדול של לבנה כא״ שנה ז׳ מחזורים קטנים יש בו מנ׳ ג׳ שנים וכל מזל ומזל משרת את ימי חרש הלבנה וימות חרש הלבנה כט״ ימים ומחצה וב׳ ידות שעה וענ״ חלקים׃
x *Cyclus magnus Lunæ vnius & viginti eſt*

annorum. Septem cycli parui sunt in eo, vnusquisque ex tribus annis. Unumquodque signum inseruit diebus mensis Lunaris. Dies autem mensis lunaris sunt 29. cum $\frac{1}{2}$ diei & $\frac{2}{3}$ horæ cum 73. minutis. Mensis eandem quãtitatem tradit R. Gamaliel in Talmude sect. 1. tractatus ראש השנה: est etiam Neotericorum Iudæorum. Illam iisdem verbis definit Aben-Esra in cap. 12. Exodi, & Rambam sect. 6. nu. 3. atque initio sect. 8. & sæpissimè Iesod Holam, Ioseph filius Schem Tob autor libri שארית, & Daniel Cohen. Calculus autem iste totus est & Ptolemaicus quo lunaris mensis cõstituitur $29^{d}.12^{hor.}44^{m}.3''.20'''$.
Ab eo posteriores Alphonsus, Copernicus XI
& Tichobrahes tertiis tantùm scrupulis differunt. Mosis Commentator Ptolemæi calculum minorem esse affirmat, quẽ rectè refert 29. dierum 31. minutis diei, & 20^{m}. sed in minutorum Græcorum cum Iudaicis æquatione labitur.

Æquationem illam qui voluerit experiri, sciat Iudæos horam in 1080. partes resolue-

re, quia vt ait Rambam ſect. 6. & Gedalias
XII fol. 72. numerus ille à plurimis aliis mẽſuratur, vt 2.3.4.5.6.8.9.10.&c. Horæ igitur vnius $\frac{2}{3}$ ſeu 40^{m}. noſtra, Iudaicis æquãtur 720. & $4^{m}.3^{\prime\prime}.20^{\prime\prime\prime}$. minutis 73. Cũ verò epilogiſmus ſcrupuloſè eſt inſtituendus nõ ſemper horarum iſta reſolutio ſufficit, ideo minuta ſua quæ חלקים vocant in 76. רגעים *momenta & fragmenta* ſubdiuidũt, vt docet Moſes ſectione 10. Iſta ſecunda diuiſione hora vna diſtribuitur in 82080. minutias, quæ tamen à tertijs Aſtronomicis plurimùm absũt: hora enim tertijs minutijs 216000. æquiualet. Quidquid dicat Gedalias commodiſſimæ sũt minutiæ noſtræ, quę proportione Geometrica per ſexageſimas progrediuntur. Hac commoditate illectus Moſes ſectione vndecima & ſequentibus, cum in motus Solis & Lunæ ſcrupuloſè inquirit, Aſtronomorum noſtrorum minutias explicat & ijs vtitur. Sæpè etiam Aſtronomi Iudæi diſtinctionis cauſa ſuas vocant, חלקים מאלף, *Minutias de mille*, noſtras verò, חלקים

משׁשים, *minutias de ſexaginta.*

Capite ſeptimo ſic definit annum Lunarem, horáſque anni & menſis colligit, השבון ימות שנות הלבנה שלש מאות וחמשים וארבע ימים ושליש יום ותתעו חלקים כל השעות של חדש הלבנה תרכח שעות ובי ידות שעה כל השעות של שנת הלבנה שמונת אלפים ותק וארבע שעות. *Summa dierum anni lunaris eſt* 354. *dierum & tertiæ partis diei cum* 876. *partibus. Omnes horæ menſis lunaris ſunt* 708. *& duæ tertiæ partes horæ. Omnes horæ anni lunaris* 8504. Minutæ 876. æquantur 48'.40". Eadem anni quantitas à Moſe deſcribitur ſect. 6. nu. 4. menſique ſupradicto exactiſſimè reſpondet. Exceſſum anni ſolaris ſupra lunarem, quem Epactarũ nomine inſignire ſolemus, ſic paulò ante deſcripſerat. עשרה ימים וכא שעות ורד חלקים יתרין ימות החמה על ימות הלבנה והעבור נכנס להשות ימות שנות החמה עם ימות שנות הלבנה והחמה והלבנה מתחילין מראש חדש ניסן. *Decem diebus, horis vna & viginti cum* 204. *partibus dies ſolis excedunt dies lunæ. Emboliſmus autem ingreditur vt coæquentur dies*

annorum ſolarium cum diebus annorum lunarium, ſolque & luna iterum incipiant à principio menſis Niſan. 204. minuta Iudaica æquantur 11^{m}. & $20''$. Nihil igitur aliud ſunt Epactæ ſecundum Eliezerem 10^{d}. 21^{h}. 11^{m}. $20''$. quàm anni lunaris Ptolemaici ex anno ſolari Iuliano exactiſſima ἀποτομή. Ita Moſes, & ipſius Cōmentator, ſect. 6. cæterique Iudæi cum annū Iulianum explicāt. Aliorum minores ſunt Epactæ. Rectè notat Obadias Commentator Ptolemaicas Iudaicis minores eſſe partibus 86. ÷ hoc eſt 4^{m}. $48''$. oblitus eius quod falsò paulo ante dixerat, annum lunarem Ptolemaicum Iudaico breuiorem eſſe.

XIII Verùm tam ſcrupuloſo calculo nō conſentiunt horarum menſis & anni lunaris diſtributiones ab Eliezere factæ. Nā annum lunarem ambæ 354. dierū cum 8. horis conſtituunt ſine vllo minutiarum additamēto. Vnde ſuſpicari lubet in anni & Epactarum definitionem minutiolas irrepſiſſe, atque ab aliquo ſciolo Iudæo ex vulgati computi

præceptis additas fuiſſe. Neque enim facilè exiſtimauerim Iudæos tum tēporis in tam exactam motuum lunarium cognitionem deueniſſe. Epiphanius certè hæreſi 51. annū lunarē Iudaicum 354. dierum cum horis 8. ſine vllis appendicibus repræſentat. Sententiæ noſtræ non obeſt quod de menſe lunari ex Talmude attulimus; nam illud ex Ghemara deſumptum eſt, quæ non modò R. Adda, ſed etiam Hillele multò recentior habetur. Vniuerſus denique Eliezeris ſermo tam profundam motuum cœleſtium cognitionem non arguit. Multa ſunt quæ hanc coniecturam ſtabiliunt, ſed his nunc immorari intempeſtiuum eſt. Alia nobis prodenda ſunt quæ à Iudæorum hodierno computo longiſſimè videntur abeſſe.

Quanquam cyclum magnum lunarem Eicoſiëneteride definierit Eliezer, Enneadecaëteridos tamen nō erat ignarus. Illam vocat in fine ſectionis octauæ cyclum Emboliſmi, ſeptemque paruis cyclis conſtare ait, quorū ordinem ſic diſponit מחזור העיבור XIV

מיט שנה וז׳ מחזורים קטנים יש בו׳ יש מהם משלש
ויש מהם משתים׳ שלש ושתים שלש ושלש ושלש ושלש
ושתים. *Circulus Embolismi est* 19. *annorum: septem autem circuli parui sunt in eo. Sunt ex eis de tribus,* (annis) *sũt ex eis de duobus. Tres & duo, Tres & tres & tres & tres & duo.* Septem Embolismos in Enneadecaëteride cõstituit, non secus ac omnes Græci & Latini, Iudæique Neoterici, sed sedem vnius diuersam. Ita R. Gamaliel c.1. ראש השנה Embolismos disponit שלש שלש שתים שלש שלש שלש שתים, *tres, tres duo, tres, tres, tres, duo.*

XV Qui de sede Embolismi plura cupit, Rabinorum antiquorũ disputationes legat tractatus Sanhedrin c.1.fol.13.& Ros haschana c.1.fol.7.21. Idem est in Christianis Enneadecaëteridibus Embolismorum ordo; sed cyclorum initia tribus annis differunt. Vnde accidit, quod etiam notarunt Gedalias & Iesod Holã, vt anni quintus & 16. Iudæis communes, nobis sint Embolimæi. Simile discrimen Christianis olim innumeras contentiones peperit. Addit Eliezer Deum in Ægy-

Ægypto Moſi & Aaroni apparuiſſe in principio menſis Niſan, cùm annus ageretur cycli magni lunaris 15. & cycli Emboliſmalis 17. atque hinc & deinceps numerum illis proceſſiſſe. Itaque annus primus cycli lunaris vnius & viginti annorum cum tertio Emboliſmali ſeu Enneadecaëterico concurrit.

Enneadecaëteride fere omnes populi vſi ſunt vt ſolarium motuum cum lunaribus concordiam inirent. Antiqui verò Iudæi etſi illam vſurparent, id tamen alia periodo XVI
præſtabant. Ter cyclum ſolarem magnum retexebant, & quater lunarem cyclum, vnde Ogdoëcontateſſaraëteris conſurgebat. Ita Eliezer ad finem ca. 7. בשלשה מחזורות של חמה ובארבע מחזורות של לבנה שמונים וארבע שנים שהיא שעה אחת מיומו של הקב״ה באין חמה ולבנה שוים בתחילת ליל רביעי ובשעת שבתאי בשעת שנבראו׃ *In tribus cyclis ſolaribus, & in quatuor cyclis lunaribus octoginta & quatuor ſunt anni; quia tum hora vna eſt de die Dei benedicti qua ſol & luna coæquantur in prin-*

cipio noctis quartæ, & in hora Saturni qua creati sunt. Iſta qui otio abundabit conferet cum iis quæ refert Epiphanius hæreſi 51. de antiqua Iudæorum ogdoëcontateſſaraëteride; cui explicandæ viri doctiſſimi tantopere inſudarunt. Periodus iſta quam omnes Iudæorum calculatores ignoraſſe videtur, ab Eliezere non tantùm ab Epiphanio teſtimonium habet, nonnulláque alia continet quibus & Epiphanius & periodus ipſa illuſtrari poſsũt. Nobis, qui prelo vrgemur, ad Samaritanos à quibus iam diu nimis abfuimus, feſtinandum eſt.

XVII Antea tamen Lectorem monebo nulla periodo Iudæorũ Paſcha inueſtigari poſſe, non tantùm quod ſcrupuloſiſſimè Neomenias à viſione, quandiu in terra Iſraelis ſteterunt, ſanctificarent, non autem à ſynodo luminarium (innumeras iſtius ſuperſtitionis circumſtantias integris ſectionibus 1. & 2. tractatus de ſanctificatione menſis præclarè & facili methodo docet Moſes Ægyptius.) Verùm præcipuè quod menſium in-

tercalationes tunc ex æquo penderent ab æquinoctio & frugum maturitate, vt qui tum temporis viuebat, ſcribit Eliezer. על שלשה סימנים מעברין את חשנה על האילנות ועל העשבים ועל התקופות׃ הגיעו שני ולא הגיע אחד אין מעברין את השנה לא על אילנות ולא על העשבים׃ הגיע אחד ולא הגיעו השנים מעברין את השנה על התקופות אם נכנסה התקופה מעשרים יום של חדש טבת ולמטה׃ *Propter tria ſigna annum intercalant, propter arbores, propter herbas, & propter thecuphas. Aduenerunt duo, ſed non aduenit vnus, non intercalant annum, neque propter arbores, neque propter herbas. Aduenit vnus, non aduenerunt duo, intercalant annum ſuper Thecuphas; modò Thecupha contigerit à viceſimo die menſis tebeth & in-*
fra. Diſiunctio iſta quæ paulò obſcurior XVIII
videtur, illuſtris fiet, ſi cum verbis Moſis ſection. 4. num. 2. & 3. comparetur. Paucis rem expediam. Si ſolſtitium hybernum commiſſum fuerit viceſimo die menſis Tebeth vel poſthæc, intercalatur annus nulla habita ſpicarum & frugum ratione: Nam

tum certum eſt ex conſueto naturæ ordine, iſta non ſatis matura fore vt decimaquinta Niſan ſpicarum manipulus Deo offeratur. Si verò ſolſtitium hybernum citiùs committatur, tum frugum ratio habetur, & intercalatio fit, ambæ ſi ſerotinæ fuerint. Hinc nonnumquam apud eos duobus annis cõtinuis intercalabatur. Fundamentum & clauem intercalationis propter Thecupham poſteriores Iudæi à decima ſexta Niſan deduxerunt, ſed priores à viceſima Tebeth.

XIX Propter fruges autem intercalabant habita ratione ad tres Prouincias, terram Iuda, vltra Iordanem, & Galilæam. Si in duabus Prouinciis maturuerant fruges, non intercalabatur; ſi in vna tantùm, intercalabatur. His rationibus nixi Iudæi omnes annos ſuos ſolares dicunt eſſe, menſibus verò lunaribus cõſtare. Ab hoc axiomate ſermonem ſuum de menſe Moſes incipit, ſic illius verba interpretatur Obadiæ Commentarius, ſic anni & menſium doctrinam egregiè explicãt

& probāt Aben-Esra in cap.12. Exodi, liber שארית Ioseph fol.6.7.& Gedalias fol.72.nec ab iis dissentiunt cæteri Iudæi. Aliæ referũtur à Iudæis intercalationis causæ, quæ cùm adhuc staret templum prioribus propter rei necessitatem ex decreto Sanhedrin accedebant. Intercalabant igitur nonnunquam terræ Israelis Iudices propter itinera inundationibus deiecta, propter effractos pontes, propter furnos, in quibus agni Paschales assabantur, imbribus dissipatos, propter Iudæos è solo patrio in exterum transportatos. Intercalationis apud eos tertia causa erat, vel potius σιωαί πος agnorum, hædorũ, & pullorum auium teneritudo, aut fœtus nondum emissus. Si enim superiorum causarum nulla cum isto defectu concurrebat, annus non intercalabatur; Verùm si ista aderat, propter eam quoque intercalatum esse pronuntiabant. Hæc sunt quæ Talmudistæ & recentiores Iudæi docent de Embolismis Israeliticis: Quare frustra sunt Computistæ & Chronologi qui ex periodis paschalibus

annum ſalutiferæ Domini noſtri mortis colligunt. Verùm illi viderint, nobis Samaritanos noſtros reuiſere neceſſitas imponitur.

De ſectis & religione Samaritanorum.

CAPVT IV.

I. *Quatuor Samaritanorum ſectæ.* II. *Imperatorum Chriſtianorum aduerſus eos leges.* III. *In eos rebellant, & victi religionem Chriſtianam ſimulant.* IV. *Samaritani numero admodum pauci.* V. *Eorum regnum iuxta fluuium Obal.* VI. *Quando liber Cozri compoſitus.* VII. *Illius diſputationis hiſtoria & occaſio.* VIII. *Samarit. religio & mores.* IX. *A Iacobo per Ephraimum & Ioſephum ſeſe originem ducere iactant.* X. *Animarum immortalitatem non negant.* XI. *Iuſtinus Martyr patria Samaritanus erat.* XII. *Saducæorum ſecta à ſanctiſſimo axiomate brutæ ſententiæ occaſionem ſumpſit.*

1 QVemadmodum autem Iudæi in varias ſectas diuiſi ſunt, ita Samaritani: Sectas quatuor enumerat S. Epiphanius Eſſenorum, Gorthenorum, Sebuæorum, & Doſitheorum. De Doſitheo Doſitheorum capite mentionem facit Tertul. de præſcriptionibus: Origenes in cap. 27. Matth. ſcribit Apoſtolorum tẽpore vixiſſe. Antiquiſ-

ſimæ igitur sũt ſectæ iſtæ Samariticæ. Tres priores leuiſſimis de cauſis à ſeinuicem diſſidebant, poſtrema grauioribus. Sectas illas omnes nunc extinctas eſſe opinor, atque in vnam coaluiſſe.

Romani Imperatores leges aduerſus eos II
condiderunt; ne illis militare liceret, ne ad honores accedere, ne ſynagogas nouas cõſtruere, ne carceres cuſtodire, ne liberos, ſi Chriſtiani facti ſunt, exhæredare. Theodoſius & Valent. tit. 3. legum Nouellarum de Iudæis, Samarit. &c. ſic edicunt, *Hac victura in omne æuum lege ſancimus, Neminem Iudæum, neminem Samaritam, neutra lege conſtantem ad honores & dignitates accedere; nulli adminiſtrationem patere ciuilis obſequij, nec defenſoris fungi ſaltem officio. Nefas quippe credimus, vt ſupernæ maieſtati, & Romanis legibus inimici, vltores etiam noſtrarum legum ſurreptiuæ iuriſdictionis habeantur obtentu, & acquiſitæ dignitatis autoritate muniti, aduerſum Chriſtianos, & ipſos plerumque ſacræ Religionis*

Antistites, velut insultantes fidei nostræ, iudicandi vel pronuntiandi quod velint, habeant potestatem. Nonnulla alia sequuntur, quibus addendum est quod habetur Codice Theodosiano de Iudæis cœlicolis & Samaritanis, leg. 16. & 28.

III Mirum est paucissimam illam gentem florentibus in Oriente Romanorum copiis rebellare ausam. Zenonis Imperatoris anno decimo Iustusa quidam Samaritanus, vt refert Chronicum Alexandrinum, populares suos ad defectionem commouit, impositoque capiti diademate Palæstinam deprædatus est. Prælio victum Asclepiades Palæstinæ dux morte affecit: Tumque Zeno edixit, ne Samaritæ militarent, bonis omnibus potentiorum proscriptis. Iterum rebellarunt Iustiniani anno tertio, Irenæus Pentadias multis cæsis cæteros compescuit. Addit autor Chronici Alexandrini, *Quidam ex illis sibi metuentes vrgente necessitate se ad Christianam religionem contulerunt, qui recepti sacro fonte tincti sunt, hodieque*

que vtramque religionem consectantur: in speciem quidem propter seueritatem Præsidũ se perfide & subdolè Christianos mentiuntur; nacti verò magistratus auaros & de religione parum sollicitos, Samaritæ sunt, peßiméque oderunt Christianos. Itaque viuũt ac si Christum nescirent, & Prouinciarum rectores pecunia corrumpunt, vt Samaritis faueant.
Nunc autem gẽs illa, vel saltem religio prope extincta est. Habent Samaritani Synagogas Sichimis, Hierosolymis Gazæ, Damasci, & Cayri, sed paucissimi sunt qui superstitionem illam profiteantur. Perillustris vir Petrus à Valle eques Romanus qui Ægyptum, Palæstinam, Syriam, & Persidem peragratus est, plurimisque annis istis in regionibus vixit, ad me rescripsit in supradictis ciuitatibus Synagogas eorum lustrasse, exterius quidem tuguriorum ferè instar Turcarum formidine, qui diuitiis inhiant, ædificatas, interius verò auro, picturis, variisque inscriptionibus Samaritano charactere ornatè & decenter insignitas. Kayri IV

ſeptem circiter familiæ degebant, aliis in locis non multò plures: Damaſci maior illorum eſt numerus, non tamen admodum magnus. Beniamin qui teſte Abraham Zacuth obiit anno mundi 4934. hoc eſt anno Chriſti 1174. in itinerario centum tantùm Chuthæos Sichimis habitare tradit. Cæſaræ Palæſtinæ ducentos; Aſcalone circiter trecentos; Damaſci quadringentos: iſtis tum temporis cum Iudæis pax erat. Itaque diu eſt cùm ad maximam paucitatem redacti ſunt. Refert Scaliger lib. 7. de emendatione temporum ex Geographo Arabe inſulam quandam in mari rubro à Samaritis habitari, quibus cum vicinis nullum eſt commercium.

v Colligitur præterea ex Iudæorum Chronicis Samaritanorũ regnum fuiſſe ante 890. annos ad fluuium Obal in regione Togerma, qui Cozræi dicebantur, quorũ rex cum gente ſua poſt longam cum Iudæo & Philoſopho diſputationem, proſelytus tandem factus eſt. Celebris illa diſputatio quæ toto

libro Cozri explicatur, habita est anno mũ-
di 4500. Christi 740. vt colligitur ex verbis
libri istius, serm. 1. c. 47. Disputationem illã
descripsit Iudas Leuita Samuelis filius qua-
dringentis annis postquam contigit, vt ipse
initio libri testatur. Trecẽtis post hæc annis
Cozræi religionẽ Iudaicam adhuc sectabã- vi
tur. Cozræos illos Cuthæos fuisse & Iudai-
cã religionem amplexos testatur Gedalias
in catena Cabbalæ fol. 39. ex sua & Abrahæ
Ben-Dior sententia רב חסדא מזרע בית דוד היה
בדור הזה ואולי זהו שמעיד הראב״ד בסוף סדר עולם
שלו ואומר שארץ הגרגשי הנקראת גרגן עד נהר אובל
שהיו שם כותיים כוזריים שנתגיירו ויוסף מלכם שלח
ספר לרב חסדא הנשיא ברבי יצחק ן׳ שפרוט והודיע
שהוא על דעת הרבנות עם כל עמו׳ *Rab Chasda*
de semine Dauid florebat in generatione ista
(anno mundi 4800.) *& forte ille est de quo*
testatur R. Abrahã Ben-Dior in fine Chro-
nici sui, dicẽs in terra Gergezæorum, quæ vo-
catur Gargan, ad fluuium Obal Cuthæos esse
Cozræos qui Iudaismum amplexi sunt, Iose-
phúmque regẽ eorum librum misisse R. Chas-

dæ principi, filio R. Isaac Aben Siphrot; & illi notum fecisse se Rabinorum sententiæ accedere cum omni populo suo.

Cozarem autem Regem Iudæum factum testatur R. Schem Tob in libro אמונות porta 2. sect. 4. Tota sectione agit de libro Cozri, & regionẽ in qua hoc accidit vocat Togerma: colligitur autẽ ex itinerario Beniamini Thogermen, & Gergesæos, Circassos esse aut Circassis finitimos. Rabinũ quoque qui coram rege disseruit, & illum Iudaismo initiauit, Isaacũ Sangari appellat. Errat itaque scribens Gedalias Iehudam Almangari. Editio Ferrariensis anni 1556. libri Emunoth legit Isaacum Hangari: Iudam autem Leuitam Hispanum ait Sãgariana scripta huc illuc dispersa collegisse, librúmque ex iis Arabica lingua composuisse, quem postea Iudas Ben Tibon Hebraicè transtulit. Disputat aliquando aduersùs hunc Regem R. Sãgari de resurrectione mortuorum, déque aliis non secus ac si contra Paganum ageret. Verùm hoc Iudæis solẽne est, vt paulò post

probabitur, cùm illis in Samaritanos res agi-
tur. Diſputationis illius occaſio à Iudæis fi-
cta, memorabilis ſanè eſt, & ſi ad mentem
veræ pietatis reuocetur, apprimè vtilis. Ex-
emplo enim demõſtrat vulgare illud Theo-
logorũ axioma, faciẽti quod in ſe eſt, Deum
gratiam non denegare. Deum colebat Co-
zar ille maximo cũ ſtudio; Dei Angelus ei
ſæpius in ſomnis apparet, ſẽpérque monet
כונתך רצויה אצל הבורא אבל מעשיך אינם רצויים:
*Intentio tua accepta eſt creatori, ſed opera tua
non ſunt ei accepta.* Hoc oraculo perculſus,
pietatis ſtudium inflammat, adeo vt ſacrifi-
cijs & templi ſui miniſterijs inſeruiret. Ni-
hilominus redit Angelus admonitionem
eandem congeminans. Tandem de religio-
ne ſua ſubdubitat, & diſputationem quæ
libro Cozri continetur, inſtituit. De Sama-
ritanis iſtis hæc nobis dicta ſunto.

Samaritanorum religio Iudaica eſt; in VIII
nonnullis tamen & magni momenti à Iu-
dæis diſſentiunt. Legem Moſis ſolam hoc
eſt Pentateuchum admittunt, cæteros Pro-

phetarum libros vt prophanos repudiant, quod SS. Epiphanius & Hieronymus cùm alibi, tum disertè de Dositheo loquens in dialogo aduersus Luciferianos, experiẽtiaque ipsa testantur. Cùm enim libri prophetici post legem ipsis datam Iudæorum canoni succreuerint, illos contemnunt. Literæ mordicus adhærent, omnésque traditiones exsibilant; hac in causa Iudæis quibusdam qui קראים seu scripturarij à popularibus suis dicuntur, cõsentientes. Alterius religionis homines contingere piaculũ existimant, quod notauit S. Epiphanius, & Arabs ille Geographus: ideo cùm hoc accidit, sese velut cõtagione pollutos domi lauant. Qui sacris apud eos operantur, de tribu Leui originem ducũt; cæteri ab altaribus arcentur. Leuitæ isti generis sui sinceritatem & ἀκεραιότητα conseruãt: cum Samaritanis, quanquam illos doceant & regant, connubio misceri dedignantur, se ab Aarone propugnatos iactant, atque ideo à suis Aaronitæ dicuntur. Hoc scripsit Beniamin in Itinera-

rio, & hac de re me monuit Petrus à Valle, qui à quodam ipſorum Antiſtite hæc reſciuit. Plura addit Beniamin de Samaritanorũ moribus, quæ hûc referã ex verſione Ariæ Montani; Beniaminum enim Hebraicè mihi videre non contigit. *Faciunt ſacrificia & incendunt holocauſta in Synagoga quam habent in monte Garizim, citantes illud quod ſcriptum eſt in lege, & dabis benedictionem ſuper mõtem Garizim. Aiunt verò ipſi illam eſſe veram domum Sanctuarij. Indũt autem holocauſtum in die Phaſe, & alijs feſtis diebus ſuper aram conſtructam in monte Garizim ex lapidibus per filios Iſraelis ex Iordane ſublatis. Iactant verò ſe ex Ephraim tribu eſſe. Apud hos eſt ſepulchrum Ioſeph iuſti filij Iacob patris noſtri in pace quieſcentis, quemadmodum dictum eſt, & oſſa Joſeph quæ à filijs Iſrael ex Ægypto aſportata in Sichem ſunt condita, &c. Obſeruant autem ſe à contaminatione mortui, & oßium & occiſorum & ſepulchri. Moris etiã his eſt veſtes, quibus quotidie vtũtur, exuere cùm in Synagogam eun-*

dum ſit, & lauare aquis corpus, aliaſque veſtes induere in hunc duntaxat vſum comparatas. Eſtque hic quotidianus ritus.

IX Quod ait Beniamin Samaritanos genus ſuum ab Ephraimo ducere, conſonat cum verbis, Euangelicæ Samaritanæ, *Nunquid tu maior es Patre noſtro Iacob.* Idem teſtatur Ioſephus li. 9. Antiq. Iudaic. cap. vltimo his verbis, quæ nõnulla notatu digna de Samaritanorum leuitate & inconſtantia continent. *Quoties*, inquit, *feliciter degere Iudæos viderint, cognatos ſe eorum appellant, vt pote à Ioſepho oriundos, & hac ratione ſanguine illis coniunctos. Quando verò in rebus aduerſis eos aſpiciunt, nihil ad ſe pertinere aiunt, nec illis quicquam deberi beneuolentiæ, cùm ipſi ex longè remotis gentibus ad ea loca venerint.* Iſtius leuitatis exemplum videre eſt apud eundem Ioſephum lib. 12 c. 7. quo Samaritani Sidonios ſeſe iactant, negantque ſibi cum Iudæis vllam eſſe cognationem, ne regnante Antiocho eadem cum iis calamitate inuoluantur.

Reſur-

Resurrectionis negationem & animarum interitum Iudæi omnes Samaritanis attribuunt, non secus ac Saducæis, vt testis est Ioseph Albo sect. 31. serm. 4. ex sua & Talmudistarũ sententia בגמ׳ אמר ר׳ אלעזר בר׳ יוסי
בדבר הזה זייפתי ספרי כותיים כלומר הראיתי להם
שספריהם מזוייפי׳ שהיו אומרים אין תחיית המתים מן
התורה הרי אומ׳ הכרת תכרת הנפש ההיא עונה בה
הכרת תכרת בעולם הזה עונה בה בעולם הבא· *In Ghemara dicit R. Eleazar filius R. Jose, in hac re corrupi libros Cuthæorum (quasi diceret, ostendam eis libros eorum corruptos esse, cùm dicunt resurrectionem mortuorum ex lege non sequi) Nonne dicunt, exterminando exterminetur anima illa, iniquitas eius in ea. Exterminando exterminetur, in hoc seculo, iniquitas eius in ea, in seculo futuro, &c.*

Iudæis accedunt nõnulli Patres, vt S. Gregorius Moral. in Iob l. 1. c. 15. *Potest etiam per Camelos Samaritanorum vita signari. Cameli namque ruminant, sed nequaquam vngulam findunt. Samaritani quoque quasi ruminant, quia ex parte legis verba recipiunt;*

& quaſi vngulam non findunt; quia eum pro parte contemnunt: qui etiam graue onus in dorſo mentis tolerant, quia in omne quod faciunt, ſine ſpe æternitatis elaborant, fidē quippe reſurrectionis neſciunt. In eadem ſententia eſt Epiphanius; ab iis tamen excipit Doſithei Aſſeclas: Immo videntur omnes excipiendi. Nulli enim Iudaicæ religioni addicti præter Saducæos animarum ſaltem immortalitatem negauerūt: nulla natio eſt barbarie adeo efferata, quæ tam inſanam & brutam opinionem nō horreat. Pauciſſimi quidam & minutiſſimi Philoſophi hanc nō ſententiam, ſed pecuariam clanculùm docuerunt. Verùm ex Euangelio contrarium facilè colligitur. Meſſiam nō ſecus ac Iudæi expectant Samaritani, *Scio*, inquit mulier Samaritana, *quia Meßias venit, qui dicitur Chriſtus: Cùm ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia.* Si mortui non reſurgunt, quid mortuis profuturus eſt Meſſias?

Hac ſpe Samaritanis illuſit Doſitheus, illiſque ſe Meſſiā eſſe perſuaſit, vt autor eſt Ori-

genes l. 2. cōtra Celſum. Idē aſſerit Iuſtinus Martyr teſtis hac in re locupletiſſim⁹: quāquam enim religione Græcus eſſet antequā XI Chriſtianiſmum profiteretur, patria tamen Samaritanus erat, ex vrbe Sichem oriūdus. Coloniam in illam vrbem deduxerat Domitianus, cui rei fidem facit apud Ioſephū Scaligerum in Euſebianis animaduerſionibus hæc numiſmatis inſcriptio, ΦΛΑΥΙΟΠΟΛΙΤωΝ ΣΑΜΑΡΙΕΩΝ. A Colonis iſtis non à Samaritanis originem ducebat, ac proinde genere & religione Græcus erat, quanquam vt de ſe teſtatur, patria Samaritanus eſſet. Sic emolliēdus eſt S. Epiphanius hæreſi 46. cùm dicit Iuſtinum genere Samaritanum, atque è Samaritanis ad Chriſti fidem tranſiiſſe: Vbique enim ſanctus ille Philoſophus inſtitutionem Græcam ſapit & ſpirat, numquam Iudaicam aut Samaritanam. Sic autem de fide Samaritanorum in Meſſiā ſcribit, in dialogo aduerſus Tryphonem, *Iudæi & Samaritani verbum à Deo per prophetas traditum habentes, & nū-*

quam non Christum præstolantes, aduenientem & præsentem non agnouerunt paucis exceptis, quos sanctus propheticus spiritus per Esaiam est prælocutus saluatum iri, &c. Vix enim fieri poteſt, vt qui tãto cum omnium gentium ludibrio redemptorem expectãt, immortalis redemptionis ſuæ ſpem omnẽ abiiciant. *Et quid esse grauius atque onustius potest, quam afflictionem seculi prætereuntis perpeti, & nequaquam ad reuelationem mẽtis gaudia remunerationis sperare?* vt ibidem rectè colligit S. Gregorius.

Eodem argumẽto vſus eſt S. Paulus Epiſt. 1. ad Corint. c. 15. vt reſurrectionẽ mortuorum adſtrueret, cum qua erat quæſtio de animarũ immortalitate cõiuncta: *Si secundum hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* Teſtatur præterea Scaliger Chronica ſua Samaritana animarũ immortalitatem profiteri. Denique nihil aliud ſententiam illam inuexit quam Samaritanæ doctrinæ cum

hæresi Saducæorum in quibusdam similitudo. Vtrique Prophetarũ libros repudiare crediti sunt: Neutri traditionibus attendunt: Saducæi plerique cùm primũ exorti sunt in templo Garizim sacra fecerunt. Sed hæc Samaritani ante primam Saducæi nominis eruptionem, vt à maioribus accepta suis tradebant. Nihil igitur necesse est Samaritas eodem cũ Saducæis calculo inuoluere. Saducæorum autem sententia prodigium est è quàm sancto fonte manauerit.

Pronuntiauerat Antigonus Simeonis XII
iusti discipulus hanc sanctissimam sententiam, quæ capite primo libri פרקי אבות continetur אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס׃ אלא הוו כעבדים המשמשים את הרב שלא על מנת לקבל פרס ויהיו מורא שמים עליכם׃ *Nolite esse sicut serui qui seruiũt domino cum pacto mercedis accipiendæ; sed estote sicut serui qui seruiunt nullo pacto mercedis accipiendæ, & erit timor cœlorum super vos.* Hinc Sadoc & Baitosus Antigoni discipuli portentosam consequentiã eduxerũt, quam in vo-

ce ביתוסין refert Nathã autor Aruch, אילו היו יודעין אבותינו שתחיית המתים ומתן שכרן של צדיקים בעולם הבא לא היו שונין כך׳ עמדו ופירשו מן התורה ואמרו מסורת ביד פרושים לצער עצמן בעולם הזה ולעולם הבא אין להם שכר ויצאו מהן ב׳ משפחות רעות צדוקין וביתוסין׳ *Si cognouissent Patres nostri, quòd futura esset mortuorum resurrectio & retribuenda iustis merces in sæculo futuro, non sic docuissent. In ea sententia permanserunt & separauerunt se à lege, dixeruntque traditio est in manu Pharisæorum, vt affligãt seipsos in hoc sæculo cum in seculo futuro nõ sit illis merces: Ex ijs egressæ sunt duæ familiæ pessimæ, Saducæorum & Baithusæorum*. Inde pecuariæ philosophiæ suæ originem deriuarunt Saducæi.

Variæ Iudæorum in Samaritanos calumniæ reteguntur & refelluntur.

CAPVT V.

I. *Samaritanos odio maximo Iudæi prosequuntur.* II. *Negant tribus literis vti,* ע, ח, ה. III. *Initio Geneseos scripsisse affirmant,* in Principio creauit Asima. IV. *Primus versus Geneseos ex versione Samaritana affertur.* V. *De He finali pro lamed initiali ex Talmud Hierosolymitano.* VI. *Vtrumque nonnunquam coniungitur.* VII. *Alia Iudæorum calumniæ.* VIII. *Subtiles & vtiles responsiones R. Meir Samaritani obiectionibus.* IX. *Antiqui Iudæi de Samarit. vt de Paganis loqui solebant.* X. *Semiramidis quodnam vexillum ex scriptura & Talmude.* XI. *Semiramidis Etymon ex Rabini sententia.*

ENarratis quæ scribenda nobis occurrebant de Samaritanorum origine, moribus & religione, pauca visum est addere de calumnijs quibus à Iudæis onerantur: nonnullæ enim sunt è quibus velut è viperis Theriaca, aliquid non inutile confici potest. Prodigium est, quàm pertinax & obstinatum sit hominum odium religionis causa conceptum. Quamquam falsa sit, opinionis tamen præiudicium in animum furit, tempore augetur, morte non extinguitur,

sed in posteros transit. Sicut ignis quamdiu materia occurrit, non cessat depascendo: sic nec odiũ quãdiu religio contraria viget,
I sæuiẽdo. Anni bis mille ab origine diuortij, iam præterierunt, nihilo tamẽ secius quàm si heri natum esset odium, nunc inflammatum est: nec vlla res vtrumque populum à mutua internecione cohibet, quàm vtriusque captiuitas. Quod licet faciũt, calumnijs sese opprimunt. Etsi enim librorum Samaritanorum penuriâ, quid illi Iudæis obiiciant ignoremus, conuitijs tamen & calumnijs cedere non est credibile. Ista autem quæ sequuntur Iudæos Samaritanis imponere
II animaduertimus, *Tribus literis* ע·ח·ה *carẽt*, inquit Beniamin in itinerario, *He ex nomine Abraham, Hheth ex nomine Isaac, Ain ex nomine Jacob, quarum loco Aleph, hoc est, spiritum tenuem substituũt. Hoc signo manifesto arguũtur non esse ex Israelis posteritate ac semine cũ agnoscant legẽ Mosis his tribus literis exceptis*. Quid hac impostura fœdius? his literis vbique scatẽt Samaritanorũ codices.

Notat

Notat Aben-Esra prooemio in Estheris brum toto libro illo nusquam Dei mentionem fieri: Inquisitione facta sic respondet, והנכון בעיני שזאת המגילה חברה מרדכי וזה הטעם וישלח ספרים וכולם משנה ספר אחד שהוא המגילה כטעם פתשגן והעתיקה הפרסיים ונכתובה בדברי הימים של מלכיהם והם היו עובדי עבודה זרה והיו כותבין תחת השם הנכבד והנורא שם תועבותם כאשר עשו הכותים שכתבו תחת בראשית ברא אלהים ברא אשימא והנה כבוד השם שלא יזכרנו מרדכי במגילה׃ *Certum autem & conueniens nobis visum est Estheris volumen Mardochæum compo-* III
suisse, eo consilio vt mitteret libros omnes ex vno isto volumine trãscriptos iuxta formam exẽplaris & translationis Persarũ, & describeretur in Chronicis regum eorum. Cùm autẽ Idololatræ essent, scripsissent pro nomine glorioso & terribili nomen abominationum suarum, sicut fecerũt Cuthæi qui scripserunt pro, In principio creauit Deus, creauit Asima. In gloriam igitur Dei cedit quod ipsius non meminerit Mardochæus. Quid ista criminatione, qua coniecturam suam confirmat

iniquius? Et codex Hebræo-Samaritanus & Samaritanus אלהים & אלהה referunt,
IV nũquam Aſima. Initium Geneſeos in Hebræo-Samaritanorum codice ne literula quidem à Iudaico differt, ita ſe habet, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ. Vernaculâ autem ipſis linguâ eſt eiuſmodi.

ࠁࠓࠀࠔࠉࠕ·ࠁࠓࠀ·ࠀࠋࠄࠄ·ࠉࠕ·ࠔࠌࠉࠀ·ࠅࠉࠕ·ࠀࠓࠏࠀ·

Talmud Ieroſolymitanum Samaritanis imponit vt rem vulgatam quod affirment he in fine dictionis loco lamed initialis non addi; ex qua Grammatica in errorem prolapſos Cuthæorum inſtar Samai diſcipulos.
V Ait igitur R. Ioſe tractatu Iebamoth ſect. 1. fol. 3. col. 1. טעמון דב״ש לא תהיה אשת המת החוצה לאיש זר החיצונה לא תהיה לאיש זר׃ אתייא דבית שמאי כאילין כותייא שהן מייבמין את הארוסות ומוציאין את הנשואות דאינון דרשין הוצה החיצונה וכו׳ אמר ליה לא יחסרונך כותאי דאת מקיי׳ דרשיהון׃ *Sentẽtia & explicatio familiæ Sammai* de hoc verſu Deuteronomij c. 25. *non erit vxor* (fratris) *mortui foras viro alteri, hæc eſt, Quæ eſt extra domum non erit viro alteri. Argumentatur*

familia Sammai sicut Cuthæi qui affinitate iungunt desponsatam fratris mortui cum fratre viuente & ductam dimittunt, eo quod explicent הוצה *veluti esset* החיצונה, *&c. non tibi maledicent Cuthæi, regerit R. Iacob, nam confirmat sententiam eorum*. Rabinus alter posteà tanquam è tripode rem sic definit, תני ר׳ שמעון בן אלעזר נומיתי לסופרי כותים מי גרם לכם לטעות דלית אתון דרשין כר׳ נחמיה דתני בשם ר׳ נחמי׳ כל דבר שהוא צרי׳ למ״ד בתחילתו ולא ניתן לו ניתן לו ה״א בסופו׃ כגון לחוץ הוצה לשעיר שעירה לסוכות סוכותה׃ *Docuit R. Simeon filius Eleazar, se adiurasse Scribas Cuthæorum, quis occasionem vobis præbuit errandi? quia vos non explicatis sicut docebat R. Nehemias nomine R. Nehemiæ, Omne verbum cui necesse est Lamed in principio, & cui non est datum, datur illi He in fine*. Exempla tria deinde sequuntur. Quid hac maledica Grammatica intemperantius? millies enim ex textu Samaritano falsi conuincitur. Grammaticalia hæc qui fusiùs explicata cupit, adeat librum Samuelis Iaphe in sentẽtias Talmudis Hie-

rosolym.f.225.cui titulus est יפה מראה. Dicã & vtrumque in scriptura πλεοναστικῶς vni dictioni additum reperiri, vt psalm.9.vers.18. ישובו רשעים לשאולה, *conuertentur peccatores*
VI *in infernũ*. Rabinos hoc nõ fugit: respondet igitur Rabba filius Zebadæ לדייטי התחתונה של שאול paragogen istam notare *gradus & partes inferioris inferni*. R. Salomon Iarki explicationem eandem, & idem axioma in hunc locum refert, sed aliis verbis, nullóque citato libro: fortè hæc è Talmude Babylonico desumpserat, quod ferè integrum commentatus est.

R. Elias Leuita ad vocem כות, nonnulla habet calumniis intertexta, quæ pro instituto nostro hîc minimè reticenda sunt. רז״ל קראו לשומרונים כותיים לפי שבאים מכותה שנאמר ויבא מלך אשור מבבל ומכותה ומעוה ומחמת וספרוים ויושב בערי שומרון וגומ׳ ונקראו כותיים יותר משאר שמות האומות הנזכרים בפסוק אולי לפי שהם היו הרבים לכך נקראו כלם כותיים והיחיד מהם נקרא כותי כמו שאמרו אין עונן אמן אחר כותי המברך וכן אמרו למה היה דוד המלך דומה לכותי המחזיר על

הפתחים לפי שהם מערימים בדבר יותר מכל אדם וכו׳ כמו שפירש רשׁ״י במזמור י״ט ונראה לי שמהם בא העם ההולך נע ונד בארצות ומחזרים על הפתחים הנקראים בלעז צינגני ובלא״ צינגוי״נר: Hæc ita vertit Boderianus in Dictionario ſuo Syrochaldaico, quod omniũ, quæ hactenus mihi videre contigit, non modò Chaldaicæ linguæ, ſed etiam Rabinorum ſtudioſis longè eſt vtiliſſimum. *Rabini piæ memoriæ vocãt Samaritanos Cuthijm, eo quod veniunt de Cuthah, vt dicitur, & adduxit Rex Aſſyriæ ex Babylone, ex Chuthah, & Haueh, & Chamath, & Sepharuaim, & collocauit eos in vrbibus Samariæ, &c. Vocantur autem Cuthiim potiùs, quàm à cæteris nominibus nationum memoratarum in verſu: forſan quod plures fuerint, ideoque vocati ſunt omnes Cuthiim, quorum ſingulare dicitur* כותי, *prout dicunt (Rabini) non reſpondent Amen poſt Cuthi benedicentem. Et ita dixerunt, quare fuit Dauid rex ille ſimilis Cuthæo oſtiatim mendicanti? quoniam illi erant hac in re omnibus hominibus aſtutiores, &c. vt exponit R.* VII

Salomon Iarchi, pſ.19. Cæterùm mihi quidem videtur ab eis veniſſe plebem illam, quæ vaga & errabunda per terras obambulat oſtiatim mendicãs, quæ quidem Italicè Zingene, *Germanicè* Zegeyner *appellatur.* Eadem Eliæ verba in Tſemach Dauid tranſlata ſunt, & ab Italo interprete amplificata. Quid quæſo conuitiis iſtis iocularius?

Sed ea quæ ſequuntur capitalia ſunt. Sæpiſſimè enim de iis verba faciunt, velut de Ethnicis & כופרים בעקר, de negantibus, vt ipſi loqui ſolent, fundamentum, id eſt Deũ, vt videre eſt in Bereſchit Rabba Paraſcha 4. Locum integrum quanquàm paulò longiorem hûc transferemus, acuminis enim
VIII Rabinici non in vtile ſpecimen continet. Libri autor poſt Talmudis compilationem ſcribebat, ſed ex omnium Iudæorum ſententia circa Conſtantini magni tempora. כותי א׳ שאל את רבי מאיר אמר לו אפשר המי׳ העליונים תלויים במאמר אמר לו הין׳ אמר לו הביא לי אפרכס הביא לו אפרכס נתן עליה טס של זהב ולו עמדו מים׳ טס של כסף ולא עמדו מים כיון שנתן אצבע

עמדו מים אמר לו אצבעך את נותן אמ׳ לו מה אני שאני בשר ודם אצבעי מעמדת מים אצבעו של הקדוש ברוך הוא על אחת כמה וכמה הוי המים העליונים תלויים במאמר׃ *Cuthæus quidam interrogãs R. Meir dixit illi, poßibiléne est aquas superiores verbo suspendi? Respondit illi, ita. Dixit illi, Affer mihi clepsydram infernè* πολύτρητον, *attulit illi clepsydram infernè* πολύτρητον: *Posuit super eam laminam auream, & non steterũt aquæ, laminam argenteam & non steterunt aquæ: cùm verò posuit digitum suum steterũt aquæ. Dixit illi, Digitũ tuum tu posuisti. Dixit illi, Quis ego sum? quia ego cũ sim caro & sanguis, digitus tamen meus sistit aquas; quanto magis digito Dei, & verbo ipsius aquæ superiores suspenduntur.*

Hoc responso conticescẽs Samaritanus quæstionem aliã mouet, quæ Ethnicismum magis adhuc sapit, & non minus subtiliter & iucundè soluitur. אמר לו אפשר אתו שכתוב כי הלא את השמי׳ ואת הארץ אני מלא היה מדבר עם משה מבין שני בדי הארון׃ אמר לו הבא לי מראות גדולות אמר לו ראה בבואה שלך בהן ראה אותה גדולה׃

אמר לו הבא לי מראות קטנות הביא לא מראות קטנות׳ אמר לו ראה בבואה שלך בהן׳ ראה אותה קטנה אמר מה אם אתה שאתה בשר ודם אתה משנה עצמך בכל מה שתרצה מי שאמר והיה העולם ברוך הוא על אחת כמה וכמה הוי כשהוא רוצה הלא את השמי׳ ואת הארץ אני מלא וכשהוא רוצה היה מדבר עם משה מבין שני בדי הארון׳ *Dicit ei* (Cuthæus) *Estne possibile, vt ille, de quo scriptum est, Nonne cœlum & terram ego impleo, locutus fuerit cum Mose de medio duorum arcæ vectium. Respondit illi, Affer mihi specula magna, dixitque illi, Inspice in illis introitum tuum, vidit illum magnum. Rursumque dixit illi, affer mihi specula parua, attulit illi specula parua. dixit illi, Conspice in illis introitum tuum, vidit illum paruum. Tum dixit, Si tu qui es caro & sanguis, tu, inquam, mutas teipsum in quodcunque tibi placuerit, quanto magis de Æterno benedicto dicet quis, quod cùm voluerit repleat cœlum & terram, & cùm voluerit, loquatur cum Mose de medio duorum arcæ vectium.*

IX De Samaritanis idem dicunt & definiũt

Rabini

Rabini Talmudici. Narrant enim in tractatu Cholin, sect. 1. tempore eiusdem R. Meir inuentum fuisse in vertice montis Garizim idolum similitudinis columbæ, vnde inquiunt יהיו נרונים לגמרי כגויי הארץ, *Iudicati sunt omnino tanquam populi terræ.* Quæ falsissima sunt, idola enim Samaritani non secus ac Iudæi abominantur. Multa Azarias & non indoctè ex Christianorum & Ethnicorum varijs libris philosophatur de columba ista cap. 21. אמרי בינה. Ait Semiramidis vexillum fuisse, & postea Assyriorum, vnde Ieremias cap. 25. dixit, *facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ.* Id est, Babyloniorum: similia c. 50. & Sephon. cap. 3. Occasionem autem huius vexilli eligendi ex Diodori Siculi libro 3. refert, quod Semiramidem recens natam aues, præcipuè colũbæ, aluerint: vnde inquit Diodorus gentile nomen Semiramidi ab auium pipitu & minurizatione impositum; quod Rabinus ille à זְמִיר Chaldaicè זְמַרָא Zain in Samech propter soni affinitatem permuta-

XI tione non improbabiliter deducit. Voces enim illæ auium μινυεισμοὺς, & cantillationes significant. Ait præterea populos quosdam Semiramidis memoriam ita coluisse, vt ab esu Columbarum omnino abstinuerint, cuius rei testem esse affirmat Tibullum Eleg. 7. lib. 1. Tandem concludit Samaritanos qui ex Assyria oriundi erant, in Semiramidis honorem & memoriam columbæ idolum in mõte Garizim erexisse & coluisse. Alij tamen Iudæi idolum hoc Samaritanis non imputant, sed longè verosimilius affirmant illud esse quod Iacob Gen. 35. ex Assyria allatum post vrbem Sichem subter Terebinthum infodit. Quæ est Gedaliæ sententia ex quodam Cõmentario αἰωνύμῳ. Tanto igitur odio in Samaritanos furunt Iudæi, vt eorum testimonio nisi cùm beneuolum est, frustra quis nitatur.



DE HEBRAEO Samaritanorum Charactere.

EXERCITATIO II.

De forma scribendi Samaritanorum & eorum Charactere ex Patrum sententia.

CAPVT PRIMVM.

I. *Iudæorum sententia est legem sine punctis, sine versuum atque etiam dictionum distinctione datam esse.* II. *Esdras dictiones à seinuicem distinxit.* III. *Samaritanæ periodi quomodo distinguantur.* IV. *Librorum legis sectiones quot faciant Samaritani, quot Iudæi.* V. *Samarit. nullum punctorum vestigium.* VI. *Antiquum Mosis characterem retinuerunt.* VII. *Libri sacri captiuitate Babylonica corrupti ab Esdra ex sententia Patrum cui Iudæi assentiuntur, restituti sunt.*



ANtiquissima est Iudæorum traditio 1
constansque Rabinorum omnium & immota sententia, legem à Mose scriptam esse sine punctis, sine paraschis, sine versibus, addam etiam sine vlla dictionũ à seinuicem distinctione. Ita Elias Leuita Grammaticorũ Hebræorum nostri sæculi

longè doctiſſimus tertia Præfatione in librũ Maſoreth Hammaſoreth, אמת הוא שאין בו ספק שזאת התורה אשר שם משה לפני בני ישראל היה ספר פשוט בלי נקוד ובלי טעמין ובלי סמני סופי פסוקים כאשר אנחנו ראים היום ולפי דעת בעלי הקבלה כל התורה היא כפסוק אחד *Veritas hoc eſt, neque in eo vllum eſt dubium, legem illam quam poſuit Moſes ante faciem filiorum Iſrael fuiſſe librum ſimplicem ſine punctis, ſine accentibus, & ſine ſignis finientibus verſus, ſicut nos hodie videmus. Verùm etiam iuxta ſententiam Cabbaliſtarum, lex vniuerſa fuit ſicut vnus verſus.* Addit, *vt nos hodie videmus*, quia etiam nunc legem in Synagogis ſine punctis, ſine accentibus, & ſine verſuũ diſtinctione Iudæi legunt. Noluerũt enim publicum & antiquum morem ex Maſoretharum Critica mutari. Trecentis ante Eliã annis idem cum impendio & non minori traditionum antiquarum fiducia docuit R. Moſes Bar Nachman proœmio in explicationem legis: In ea enim eſt ſententia non tantùm ſine verſuum notatione ſcriptum

fuisse librum legis, sed etiã sine vlla dictionum discretione יש בידנו קבלה של אמת כי כל התורה כלה שמותיו של הבה שהתיבות מתחלקות לשמות בענין אחר כאלו תחשוב על דרך משל כי פסוק בראשית יתחלק לתיבות אחרות כגון בראש יתברא אל הים וכל התורה כן מלבד צירופם וגימטריא של שמות׃ *Est in manibus nostris Cabbala veritatis, quod tota lex perfectio est verborum Dei, quia dictiones diuiduntur in nomina diuersa ratione, sicut concipies ab exemplo. Nam versus* בראשית*, &c. diuiditur in dictiones alias, videlicet* בראש יתברא אל הים*, Et vniuersa lex est eiusmodi præter literarum combinationem & nominum Gematriam.* Et post nonnulla ita intelligit Cabbalisticum istud axioma, lex scripta est cum igne nigro super ignẽ albũ, שהיתה הכתיבה רצופה בלי הפסק תיבות והיה אפשר בקריאתה שתקרא על דרך השמות ותקרא על דרך קריאתינו בענין התורה והמצוה ונתנה למשה רבי׳ על דרך חלוק קריאת המצוה ונמסר לו על פה קריאתה בשמות וכן יכתבו השם הגדול שהזכרתי כלו רצוף ויתחלק לתיבות של שלש שלש אתיות לחלוקים אחרים רבים׃ *Quia scripta fuit coniuncta &*

continua ſine dictionum pauſa & diſcretione. Poßibile tamen fuit in lectione eius, vt legeretur ſecundum rationem nominum, & legeretur iuxta lectionem noſtram ſecundum formam legis & præcepti. Data eſt autem Moſi Magiſtro noſtro lectio præcepti per modum diſtinctionis, traditaque illi eſt lectio eius ore tenus per dictiones: Et ſic ſcripſit nomen illud magnum cuius memini totum coniunctum & continuum, quod diuiditur in dictiones trium & trium literarum ſecundum diuiſiones multas & varias.

Huic legis ſcriptioni Iudæorum nemo refragatur. Verùm nonnulli non modò dictionum & verſuum diſtinctionem, ſed etiam accentuum, punctorum, variarum lectionum, innumerabiliúmque περιεργιῶν minutias per Kabbalam Moſis è monte Sina deriuatas eſſe cõtendunt: Alij verò hæc omnia, aut multo maiorem partem, exceptis his quæ natura in omni lectione vult eſſe perpetua, de Grammaticorum exercitationibus, lectiones autem varias de librorũ

corruptelis natas esse ingenuè fatentur. De tempore quoque quo ista omnia libris inscripta sunt, plurimùm inter se dissentiunt: alij enim ab Esdra & viris Synagogæ magnæ hæc omnia in codicibus suis præstita fuisse delirant: Inscriptionis istius originem qui altiùs arcessat, me legisse non memini. Alij hoc Masoretharum opus esse docent longè post Talmudis obsignationem, eorúmque industriæ Grammaticationũ maximam partẽ referẽdam esse. De his præter propositum insolita materiæ nouitate longè abreptus fusè disserueram: Iudæos traditionibus suis primùm consuluisse, deinde ad scripturæ emendationem animum appulisse; quibus gradibus ad masorethicum artificium peruenerint; quid ante Talmud, quid cùm collectum fuit, quid post collectionem ad Masorethas vsque eiusmodi obseruationum à Iudæis cognitum fuerit.

Quando Masorethæ puncta, accentus, & versuum distinctionem libris Iudaicis inscripserunt; quanta in codices sacros cum

Masorethæ illos recensuerunt, sese insinuauerat corruptio & confusio; quo lapide lydio corrupta restituerunt, & qua amussi confusa in ordinem redegerunt: De Babyloniorum Iudæorum inter se circa scripturæ textum contentionibus: Babylonios Iudæos à Hierosolymitanis & Europæis plurimis in locis de textu scripturæ dissentire: Dissensionem inter Rabinos Ben-Aser, & Ben-Nephtali circa dictiones scripturæ, nec tantùm circa accentus & puncta versari: Masorethas in lectione Talmudicis sæpe contradicere: De Masoræ innumeris perturbationibus: Mendas, variasque lectiones innumeras post Masoretharum correctiones in codices Hebræos irrepsisse: Variarum eiusmodi lectionum, quæ dictiones integras spectant, copiosa enumeratio: Grammaticorum nomen apud Iudæos ante Masorethas incognitum fuisse: Quot Grammatici ante sexcentos & quingentos annos, tot fere codicum Hebræorũ emendatores fuisse, vnoquoque Grammatico

Biblia

Biblia pro anni ſententia emendante, atque vt cætera inde exſcriberentur, publicè exponente. Hæc nonnulláque alia ingenio magis indulgens, quàm ſpeciminis rationi, ſcripſeram, quæ ex alieno ſolo in natiuum breui tranſlata, frugem fortaſſis non inutilem facient.

Eſdram dictiones Hebraicas à ſeinuicem diſcreuiſſe nō inuitus exiſtimauerim: Cùm enim literas Hebraicas Aſſyriis commutauerit, facilè in animum induco in gratiam plebis Iudaicæ, quæ vernaculæ linguæ oblita fuerat, lègem diſtinctis verbis deſcripſiſſe. Verſus autem poſt Talmud collectum, hoc eſt poſt annum Chriſti quingenteſimū adnotatos fuiſſe, nullo negotio ex ipſo Talmude, ſi id pateretur inſtitutum noſtrum, demonſtrare poſſem. Hoc fuit Maſorethà-rum opus poſt annum Chriſti octingenteſimū. Dictiones legis, aliorúmque ſcriptorum ſeparant Samaritæ lineola, non ſolo ſpatio, vt Iudæi cæteræque nationes. Inciſa, mēbra, & periodos eadem nota duplicata

II (beside "Eſdram dictiones…"); III (beside "ſimū. Dictiones legis…")

distinguunt. Habēt & nonnullas alias notas quibus cum sensus distinctione animi affectus exprimunt, quas ·ࠎࠃࠓࠉ·ࠌࠒࠓࠀࠄ, ordines lectionis vocant; veluti, oppositionis, interiectionis, protractionis, interrogationis, obsecrationis, exclamationis, indignationis, &c. sed de his postea pluribus. Distinguunt

IV praeterea singulos Mosis libros in sectiones quas ࠒࠑࠉࠍ *katsin*, vocant, Paraschis & sidris Iudaicis lōgè breuiores. Ducentas & quinquaginta in libro Genesis numerant, quorum numerus finito libro exprimitur,

ࠄࠃࠄ· ࠎࠐࠓ· ࠄࠓࠀࠔࠅࠍ:=

ࠒࠑࠉࠍ· ࠌࠀࠕࠉࠌ· ࠅࠍ:=

hoc est, *liber iste primus, sectionum est ducentarum & quinquaginta*. Iudaei autem ex Masoretharum decreto in libro Geneseos duodecim Paraschas constituunt, & 43. Sidras. Lex vniuersa iuxta Samaritanorū distinctiones, continet nongentas & sexaginta sex katsin seu sectiones, sicut in fine libri adnotatur. Iudaei Paraschas tantū numerāt 53. minores autem sectiones seu Sidras 154.

Præter iſtas periodorũ diſtinctiones nihil
apparet in ipſorum libris, nulla puncta, nulli accentus, nulla eiuſdem literæ varia figura, aut varius ſitus, nulla verſuum diſtinctio,
nullum Grammaticarum λεπτολογιῶν veſti- V
gium. Perſæpe tantum apparet virgula ſupra literam alicuius dictionis, qua ſignificãt dictionem in vſitatiori ſignificatione non eſſe accipiendam, vel verbum paſſiuè legendum eſſe, vel præter formam ſcribi, vel quid ſimile. Cùm autem Samaritanis lingua Hebræa non ſit vernacula, neceſſe eſt illos ex mera traditione vocalium ſonum & Coniugationum generalem poteſtatem conſeruare, quod ab Eſdra ad Maſorethas vſque Iudæi præſtiterunt. In eo autem maximè laudandi ſunt, quod inuiolatum Moſis Characterem hûc vſque retinuerunt, Characterem, inquã, digito Dei exaratum, Characterem, quo lex primùm ſcripta eſt, & promiſſiones de Meſſia venturo publi-
catæ. Quamuis autem Iudæi fere omnes, VI
quorum id totum intereſt, nobis præ cæte-

ris aſſentiantur, id tamen argumentis demonſtrabimus, vt quibus fundamentis nitamur, omnibus innoteſcat. S. Hieronymus qui ſolus inſtar omnium eſſe poteſt, id nos docet præfatione in libros Regum: euidentiſſima ſunt illius verba, *Samaritani Pentateuchum Moſis totidẽ literis ſcriptitant, figuris tãtùm & apicibus diſcrepantes. Certumque eſt Eſdram Scribam, legiſque doctorem poſt captam Hieroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe quibus nunc vtimur, cum ad illud vſque tempus ijdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Ideo nõ reformidat idem ſanctus commentans v. 10. c. 3. Epiſtolæ ad Galatas poſt caſtigatam textus Hebraici ex Samaritanorum codicibus corruptelam, illorum literas Iudaicis antiquiores confidenter pronuntiare.

Antiquiores S. Hieronymo Patres noſtri legem ab Eſdra reſtitutam fuiſſe affirmant, ex ipſa, vt credere par eſt, Apoſtolorum & Iudæorum traditione; hoc enim tradunt vt

certum & apud omnes vulgatum. De literarum mutatione nihil disertè pronuntiāt: Verùm quod literarum mutatione longè maioris est momenti, legem Babylonica & Persica captiuitate corruptam restituisse & redintegrasse. Vnde facilè consequitur, Characteres quibus lege neglecta & corrupta Iudæi iam assueuerant, Esdram elegisse. Ita S. Irenæus l. 3. c. 25. comparans miraculum consensus 70. Interpretum in versione sua cum Esdræ facto, *Non est*, inquit, *mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captiuitate populi quæ facta est à Nabuchodonozor, corruptis scripturis, & post 70. annos Iudæis descendentibus in regionem suam, & post deinde temporibus Artaxerxis Persarum regis, inspirauit Esdræ sacerdoti tribus Leui, præteritorum Prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data esset per Moysen.* Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 1. longè post medium de Esdra verba faciens, δι' ὃν γίνεται ἡ ἀπολύτρωσις τοῦ λαοῦ, καὶ ὁ τῶν θεοπνεύστων ἀνα-

ris aſſentiantur, id tamen argumentis demonſtrabimus, vt quibus fundamentis nitamur, omnibus innoteſcat. S. Hieronymus qui ſolus inſtar omnium eſſe poteſt, id nos docet præfatione in libros Regum: euidentiſſima ſunt illius verba, *Samaritani Pentateuchum Moſis totidē literis ſcriptitant, figuris tãtùm & apicibus diſcrepantes. Certumque eſt Eſdram Scribam, legiſque doctorem poſt captam Hieroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe quibus nunc vtimur, cum ad illud vſque tempus iȷdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Ideo nõ reformidat idem ſanctus commentans v.10.c.3. Epiſtolæ ad Galatas poſt caſtigatam textus Hebraici ex Samaritanorum codicibus corruptelam, illorum literas Iudaicis antiquiores confidenter pronuntiare.

Antiquiores S. Hieronymo Patres noſtri legem ab Eſdra reſtitutam fuiſſe affirmant, ex ipſa, vt credere par eſt, Apoſtolorum & Iudæorum traditione; hoc enim tradunt vt

certum & apud omnes vulgatum. De literarum mutatione nihil disertè pronuntiăt: Verùm quod literarum mutatione longè maioris est momenti, legem Babylonica & Persica captiuitate corruptam restituisse & redintegrasse. Vnde facilè consequitur, Characteres quibus lege neglecta & corrupta Iudæi iam assueuerant, Esdram elegisse. Ita S. Irenæus l. 3. c. 25. comparans miraculum consensus 70. Interpretum in versione sua cum Esdræ facto, *Non est*, inquit, *mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captiuitate populi quæ facta est à Nabuchodonozor, corruptis scripturis, & post 70. annos Iudæis descendentibus in regionem suam, & post deinde temporibus Artaxerxis Persarum regis, inspirauit Esdræ sacerdoti tribus Leui, præteritorum Prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data esset per Moysen*. Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 1. longè post medium de Esdra verba faciens, δι' ὃν γέγονεν ἡ ἀπολύτρωσις τοῦ λαοῦ, καὶ ὁ τῶν θεοπνεύστων ἀνα-

γνωρισμὸς καὶ ἀνακαινισμὸς λογίων, καὶ τὸ σωτήριον ἄγειν πάσχα. *Per quem*, inquit, *facta est populo liberatio, & sacrorum oraculorum recognitio & instauratio, & salutaris Paschatis celebratio.* Tertullianus adhuc confidentiùs loqui videtur cap.3. libri de habitu muliebri, *proinde potuit abolefactam eam* (scripturam Enochi) *violentia cataclysmi in spiritu rursus reformare: quemadmodum & Jerosolymis Babylonia expugnatione deletis, omne instrumentum Judaicæ literaturæ per Esdram constat esse restauratum.* Consimilis fuit etiam multorum Rabinorum eiusdem temporis sententia, qui non tantùm Characteres, verùm etiam linguam ab Esdra mutatam esse asseruerunt, de quibus capite sequenti nobis agendum est.

Ex Talmude Babylonico eiusque glossis demonstratur antiquas Iudaeorum literas Samaritanas fuisse, illasque Esdram Assyriis commutasse.

CAPVT II.

I. *Non omnis disputatio de literis puerilis.* II. *Pulchrae rationes ob quas Alpha literarum prima est.* III. *Ex Talmude Babylonico demonstratur literas Samaritanas Hebraeas esse, & Assyriis commutatas.* IV. *Quo sensu dicunt Talmudistae Esdram linguam, qua lex data est, mutasse.* V. *Triplex Iudaeorum sententia de characteribus in quos Esdras Hebraeas literas mutauit.* VI. *Ex Commentariis Rabbinicis idem docetur.* VII. *Quare scriptura Hebraea sic vocetur.* VIII. *Quare Abraham dictus sit Hebraeus, demonstratur.* IX. *Quid sit Libonaea scriptura, & quare Hebraea sic vocetur.*

AZarias in libro quem inscripsit מאור עינים, luminare oculorum, disputationem de literis Hebraeis c. 56. instituturus, ita incipit, השתא דקשישנא לדרדק, Nunc postquam senuimus, repuerascendũ est. Meritò quidem ignaros & stupidos Graeci vocãt, ἀναλφαβήτους, cùm literae sint puerilis institutionis rudimenta: non omnis tamen de literis disputatio puerilis mihi videtur. Pue- 1

riliter certè de Græcorum prima litera non disputat Plutarchus συμποσιακῶν decade nona; neque qui inducitur Protegenes Grammaticus, cũ hac gradatione τῆς τοῦ ἄλφα προεδρίας è ludo suo causam adducit. Vocales iure præferuntur consonantibus, nam illarum adminiculo non egent: Ancipites præterea longis & breuibus, cum vtrarumque virtutem in se complectantur: Ancipitibus denique vocalibus Alpha, cum in coalitio-
11 ne syllabarum alpha semper iota & ypsilon præcedat, velut in αὔελον, αἴας, &c. Neque pueriliter ibidem Ammonius cum Alpha primo loco ait à Cadmo donatum, eo quod lingua Phœnicum bouem sonet, cui primas in omni negotio domestico tribuere oporteat. Diuitiis enim quæ bobus censentur prima familiæ fundamenta iacienda sunt. Hinc antiquis Græcis ἀβοῦτης, bobus carens, id est pauper, & apud Homerum sæpissimè παρθένοι ἀλφεσίβοιαι, Virgines quæ boues inueniunt, hoc est, quæ propter formam munera, diuitiasque promerẽtur, vel potius prædiuites

diuites & benè numatæ virgines. Ratio eadem eſt Latinis & pecuniæ, & peculij Columella teſte in præfat. lib. 6. *In ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademque quæſtuoſiſſima: propter quod nomina quoque pecuniæ & peculij tracta videntur à pecore.* Iacto diuitiarum fundamēto, de domo ſibi comparanda cogitandum, poſtremò de vxore ducenda. Ideo præpoſterè & perperam iſta collocat Heſiodus.

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,

Multa de literis diſputari poſſunt, quæ virum ſenem & ſapientem non dedeceant. Verùm Ammonio addimus, Alpha Phœnicibus & Syris doctrinam ſignificare; primúmque ideo locum in literarum ſerie obtinere, vt paucis literis genus omne doctrinæ contineri ab ipſo limine manifeſtum fiat. Quis igitur de originalibus & diuinis literis longiorem diſputationem vt pote puerilem auerſabitur? Itaque non pigebit nos fusè de antiquis & neotericis Iudæorum literis ex ipſorum ſententia diſſerere.

Iudæorum de primigeniis literis suis tripliciter diuiduntur sententiæ. Omnes tamē Samaritanas Hebræas esse fatentur; Patresque suos ante captiuitatem illas vt vulgares in contractibus & negotijs omnibus ciuilibus & regiis vsurpasse. Sed Antiquissimorum atque recentiorū maior & sanior pars legem in monte Sinai Mosi à Deo characteribus Samaritanis datam esse vltrò concedit. Ijs autem ad hoc probandum testibus vtemur, quibus in hac causa præscribi non potest. Babylonij doctores Zutra & Hokba ita sentiunt & edicunt in Talmud tractatu Sanhedrin, sect. 2. fol. 21. & 22.

בתחילה ניתנה תורה לישראל בכתב עברי ולשון הקודש חזרה וניתנה להם בימי עזרא בכתב אשורית ולשון ארמי בירדו להן לישראל כתב אשורית ולשון הקודש והניחו להדיוטות כתב עברית ולשון ארמית מאן הדיוטות אמר רב חסדא כותאי מאי כתב עברית אמ׳ ר׳ חסדא כתב ליבונאי׳ *Initio data est lex Israeli scriptu-*
III *ra Hebraica, & lingua sancta: restituta est* (lex) *& data ijs in diebus Esdræ scriptura Assyriaca & lingua Chaldaica. Posteà ex-*

purgauerũt & elegerunt pro Israele scripturã Assyriacam & linguam sanctam, & reliquerunt idiotis scripturam Hebraicam, & linguam Chaldaicam. Qui sunt illi Idiotæ? respondit R. Chasda, Cuthai: quæ est scriptura Hebraica? respondet iterum Chasda, scriptura est insculpta.

Posteà R. Iose Esdram Scribam cum Mose comparat, eademque in scriptura de vtroque dici demonstrat: Ex quibus colligit dignum fuisse Esdram, eum si Moses non præcessisset, qui legem populo daret; additque sententiæ suæ euidentissimum testimonium ואף על פי שלא ניתנה תורה על ידו, נשתנה על ידו הכתב שנאמר וכתב הנשתוון כתוב ארמית ומתורגם ארמית וכת׳ לא כהלין כתבא למיקרי ופשר׳ להודעא למלכא וכהב את משנה התורה הזאת כתב הראוי להשתנות למה נקראת אשורית שעלה עמהם מאשור: *Quanquam autem data non fuerit lex per manum eius, immutata est per manum eius scriptura, sicut dictum est*, & scriptura exemplaris scripta erat Chaldaicè & explicata Chaldaicè; *Scriptum quoque,*

nō poterant ſcripturā legere, & interpretationem indicare regi: & ſcribet exemplar legis huius, *ſcriptura ſcilicet quam mutari conſentaneum erat. Quare dicta eſt Aßyria? quia aſcendit cum eis ex Aſſyria.*

Iſtorum quatuor antiquiſſimorum Rabinorum definitio plura nobis vltrò concedit, quàm quæ probanda ſuſcepimus. Aiunt enim Eſdram non tantùm Characterem, ſed etiam linguam immutaſſe, vt ex priori ſententia colligitur. Talmud Hieroſolymitanum eiuſdem Ioſe nomine, ſect. 1. tract. Megilla, eandem ſententiam nō minus manifeſtè profitetur. אף על פי שלא ניתנה התורה על ידו אף הוא ניתן כתב ולשון על ידו· *Quāquam data non fuerit lex per manum eius, ſcriptura tamen & lingua datæ ſunt per manum eius.* Vt hoc demonſtret ſcripturæ duo teſtimonia citat, quæ ſupra in Sanhedrin allata ſunt.

IV Cùm autem dicunt legem linguâ ab Eſdra mutatam eſſe, non exiſtimādum eſt legem alia linguâ aut dialecto ab Eſdra datā fuiſſe, quàm Hebraica. A Rabinorū mente longè

abeſt hic ſenſus. Res autem ex eorum ſententia ſic ſe habuit. Iudæi Babylone captiui propter peccata ſua nõ tantùm linguæ obliti ſunt, ſed etiam Characteris. Itaque legem tum promiſcua plebs charactere, & lingua Chaldaica ſibi deſcribebat. Superueniens autem regi Balthazaro Angelus, & in pariete cum omnium fremitu ſcribens, characteris mutationem induxit. Hîc Iudæi ſi attentè legantur tripliciter variant: Alij enim mutationem illam factam volunt in characterẽ, qui neque erat ex antiquo Hebræus ſeu Samaritanus, neque Aſſyrius, quo ſcilicet Chaldæi tum vterentur, ſed tertium quid ab vtroque diuerſum; atque hic character, ille eſt, quem nunc & ab eo tempore Iudæi relicto Moſaico vbique terrarũ vſurpant. Hæc eſt ſententia Samuelis Iaphe, quam capite ſequenti redhibebimus: ſic explicat allata de vtroque Talmude teſtimonia, & aliter vix ſanè intelligi poſſunt. Alij mutationem illam factam eſſe aſſerunt ex charactere antiquo Hebræo in Aſſyrium

vulgarem, atque ideo Assyrium nuncupatum, quod ex Assyria & Assyriorum esset. Quæ sententia rationi consentanea est, sed non benè cohæret cum verbis scripturæ de scriptione Angeli. Quidam Talmudici in eodem loco Sanhedrin, Gematricè hoc cõciliare conantur. Glossatores & alij Rabini alto silentio conciliationem istam prætereunt: Nos de ea peculiari capite differemus. Alij denique non tam mutationem factam volunt, quàm antiqui characteris Babylone Iudæorum incuria obsoleti restitutionem: quæ est etiam quorundam Talmudicorum in vtroque Talmude sententia, ab ijs pariter scripturæ testimoniis cõfirmata. Huic sententiæ accedit Talmudis Glossator Salomon Iarki. Sed de his postea: nunc nobis sufficit omnium de characteris mutatione confessio.

Sentiunt igitur Talmudici suprà memorati scriptionis Angelicæ occasione sumpta, Danielem Iudæos nouum illum characterem docuisse, & Esdram, relicto Cuthæis

charactere Hebræo hunc ſibi elegiſſe, quo legem deſcriberet. Dialectum verò Hebræam legi reſtituiſſe, Chaldaica repudiata quæ intermedio tempore ab initio captiuitatis ad ipſum vſque plurimũ apud Iudæos inualuerat. Quicumque nunc releget verba ſuperiùs è Sanhedrin citata facilè hunc ſimplicẽ ſenſum continere animaduertet. Hæc ita intelligit Salomonis gloſſa in hæc verba *ſcriptura exemplaris*, quæ Talmudiſtæ ab Etymo quod mutationem ſignificat, interpretantur, vt argumento ſuo vim adſtruãt, ſcilicet כתב נשתוון velut כתב שנשתנה, quòd propriè idem eſt quod משנה, ἀπόγραφον, *exẽplar*, ſecundarium ſcriptum τῷ πρωτοτύπῳ ſi- VI
mile. Sic autẽ vocatur Epiſtola quædã apud Eſdram ca.4.v.7. שהיו כותבין בימיו כתב משונה
שנשתנה ע״ מלאך שכתב מנא מנא·תקל ופרשין·בימי
דניאל כתב דארמי ולשון ארמי ואומר לא כהלין כתב
למקרי׃ לא היו יכולין לקרות כתב שכתב המלאך בימי
בלשצר והיו שם יהודים הרבה שמע מינה נשתנה להם
אותו כתב באותו היום. *Quia*, vt inquit Iarki, *ſcribebant in diebus eius* (Eſdræ) *ſcripturam*

mutatam, qua mutata fuerat per manus Angeli scribentis, Mane Mane, Tekel, Phares. In diebus autẽ Danielis scriptura & lingua erant Chaldaica. Dixit verò, non poterant scripturam legere, id est, non poterant scripturam legere, quã scripserat Angelus in diebus Balthazaris, quãquam essent ibi Iudæi multi. Hinc intellige quod illis mutata est scriptura illo ipso die. Ante igitur Angeli scripturam Assyriacè scribebant & loquebantur.

Samuel Iaphe fol. 194. col. 4. eodem citato testimonio subdit, משמע דעל ידי עזרא נשתנה הכתב והלשון שלמד מהמלאך שיש לשנות הכתב והלשון. *Sensus est quod per manus Esdræ mutata est scriptura & lingua, quia didicerat ab Angelo mutandam esse scripturam & linguam.* Mutationem autem illam non esse intelligendam de lingua Hebræa paulò ante docuerat, ולפי זה לא היה נראה שנשתנה ע״י עזרה רק הכתב שאף על פי שכתב המלאך היה ארמי דהינו אשורי ולשון ארמי מ״מ כשבא עזרא לכתוב התורה לא שינה משל משה רק הכתב שנתחדש בימי דניאל והיה לו סמך מרכתיב וכתב לו את משנה התורה׃ דמשמע כתב

כתב הראוי להשתנות אבל הלשון כתב לשון עבר, שהיא לשון הקודש כאשר בתחילה וכו׳. *Et propterea non est probabile quod per Esdram mutatio facta fuerit nisi scriptura. Et si enim scriptura Angeli fuerit Chaldaica, id est, Assyriaca, & lingua Chaldaica, nihilominus cùm descripsit Esdras legem, non mutauit exemplar Mosis, sed tantùm scripturam quæ innouata fuerat in diebus Danielis. Hoc autem consequitur ex eo quod scriptum est,* Et scripsit sibi exemplar legis, *id est, scripturam quæ debebat mutari. Quod autem ad linguam, scripsit eam Hebraicè sicut in principio, quia ipsa sancta est.* Ex his manifestum est quid hac in re Iudæi antiqui & Neoterici senserint.

Duo præterea mihi videntur enodanda quæ negotium erudito lectori, & in verbis de textu Sanhedrin allegatis, & in iis quæ postea allegãda sunt, facessere possunt. Primum est, quamobrem character Mosaicus Talmudistis dicatur Hebræus, *Initio data est lex Israeli scripturâ Hebraicâ:* Secundũ, quare ab iisdem appelletur Libonæus, *Quæ*

O

eſt ſcriptura Hebraica? Reſpondet R. Chaſda כתב ליבונאי, *ſcriptura eſt Libonæa.* Salomon Iarki, à quo cæteri Iudæi non diſſentiunt, quorum magna pars in ſequentibus refere-tur, ſcripturam Hebraicam interpretatur,
VII של בני עבר הנהר, *eorum qui ſunt trans fluuiũ* ſcilicet, Euphraten. Hoc duobus modis in-telligi poteſt, vtroque ad rem faciente. Chananæi enim, Iudæi, & Palæſtini Baby-loniis, & Aſſyrijs trans fluuiũ ſiti dicuntur. Hoc ſenſu ſcriptura Iudæorum & Iſraelita-rum Iudæis Babyloniẽſibus Hebræa, id eſt, transfluuialis meritò dici potuit. Secundus modus relatione mutata primo contrarius eſt: Chananæis enim, Iudæis, & Palæſtinis Aſſyria trans fluuium ſita eſt. Dico igitur Iſraelitarum characterem Hebræum eadẽ ratione vocari, quò Abraham à Chananæis Hebræus vocatus eſt: Vel potius, cũ Abra-ham eiuſque poſteri, Hebræi à Syris & Pa-læſtinis paſſim dicerentur, ſcripturam qua ipſe, eiuſque poſteri deletis Chananæis vſi ſunt, ab ipſorum nomine denominatam.

Itaque qua de causa Abraham Hebræus dictus fuerit, inquirendum est.

Abraham à Chananæis & Palæstinis Hebræus dictus est, quòd trans-Euphratensis
esset. Ita 70. Gen. 14. vers. 13. nomen עברי in- VIII
terpretati sunt περάτην, *transitorem*, & Italica vetus *transfluuialem*. Ita quoque sancti Patres pro maxima parte intellexerunt. S. Augustinus q. 29. in Genesim hoc egregiè explicat, *Transfluuialem Abraham appellatum etiam Græca exemplaria satis indicãt: sed cur ita appellatus sit, hæc videtur causa, quòd ex Mesopotamia veniens, transito flumine Euphrate, sedes constituit in terra Chanaan, & transfluuialis appellatus est, ex ea regione vnde venerat. Vnde Iesus Naue dixit ad Israelitas, Quid vultis seruire dijs Patrum vestrorum qui sunt trans flumen?* Eandem sententiam Theodoretus multis explicat, quæst. 60. in eundem versum. Origenes verò paucis, περάτης ἑρμηνεύεται Ἀβραὰμ, ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς χαλδαίων χώρας εἰς τὴν παλαιστίνην ἦλθεν, τὸν εὐφράτην ποταμὸν διαβάς. Diodorus non ab

Euphratis, ſed Iordanis tranſitu cognominis cauſam ducit. Euſebius Chronicorum, cuius fragmenta tantùm Græcè extant, libro primo hanc ſententiam contraria repudiata confirmat. Ενθεν ἄρχεται τῶν Εβραίων ἡ προσωνυμία. Εβραῖοι γὰρ οἱ περάται ἑρμηνεύονται, διαπεράσαντος εὐφράτην Αβραὰμ, καὶ οὐχ, ὡς οἴονταί τινες, ἀπὸ Εβερ τοῦ προειρημένου. *Inde cæpit Hebræorum cognominatio. Hebræi enim tranſitores vocati ſunt, poſtquã Euphratem tranſiit Abraham; non autem vt quidam exiſtimãt, ab Hebro prædicto.* His conſentit inſignis ille Rabinus ſcripturæ, Talmudis, & Alpheſij Commentator Salomon Iarki in eundem Geneſeos locũ העברי שבא מעבר הנהר, Abraham dictus eſt *Hebræus, quia venerat è regione trans fluuium.* Pari igitur ratione ſcriptura Iſraelitarum dicta eſt Hebræa, vt ipſi Hebræi. Vel quod eſſet Hebræorum ſcriptura, eorum ſcilicet qui origine transfluuiales erant.

IX Nunc explicandum eſt quamobrem ſcriptura Hebræa dicatur Libonæa. Varij Iu-

dæi variè dictionem istam interpretātur. R. Salomō Iarki in hunc Talmudis locū existimat sic vocari אותיות גדולות כעין אותן שכתובין בקמיעות ומזוזות, *literas magnas, qualis est forma illarum quas scribunt in amuletis & postibus*: Supplet Azarias c. 56. libri אמרי בינה his Salomonis verbis allatis, הנהוג אצל הכותיים שהם השומרונים. *quod consuetum est apud Cuthæos qui sunt Samaritani*. Hoc sensu Libonæa scriptura nihil aliud est quàm Samaritana. Alij intelligentes Salomonis verba vt sonant, literas scilicet Libonæas magnas esse, illa meritò refutāt, cùm scriptura à Characteris magnitudine non dicatur alia, & characteres paruos æquè ac magnos, si fuerint eiusdem figuræ, quis legere possit: hæc Samuel Iaphe, & quidam R. Moses. Postremus iste R. interpretatur Libonæam scripturam בפני עצמו *in facie sui ipsius*. Additiones Talmudicæ opinantur locum aliquem sic vocari à quo scriptura ista nomen sibi fecit. Nos verò Rabinis omnibus explosis *scripturam insculptam* vertimus. Con-

ſtat enim ex R. Nathane in Aruch לִיבנה in Talmud nonnunquam pro ſcalpro ſeu cælo vſurpari, & לִיבונה pro re inciſa. Reſpondit igitur R. Chaſda interroganti quæ eſſet ſcriptura Hebræa qua Cuthæi vtuntur, illã eſſe quæ in numiſmatis ſeu ſiclis Iudaicis inſculpta cõſpicitur. Interpretatio iſta ex ijs quæ de ſiclis Iſraeliticis infra dicemus, maxima cũ probabilitate demonſtratur. Eligendæ interpretationis optionem habet lector.

Ex libro Miſnajoth, & Talmude Hieroſolymitano, eorũmque gloßis demonſtratur Samaritanas literas Hebræas eſſe, & Eſdrã Hebræas Aſſyrijs commutaſſe.

CAPVT III.

I. *Quo tempore liber Miſnajoth compoſitus.* II. *Quanti eum faciant Iudæi.* III. *Talmud Hieroſ. à quo & quando cõpoſitum.* IV. *Quid Thephillin & Mezuzoth apud Iudæos.* V. *Ex gloßis argumentum.* VI. *Ex Miſnajoth alterum.* VII. *Ab auctoritate Cõmentatorum.* VIII. *Quomodo atramentum ſacrum Iudaicum conficiatur.* IX. *Ex Talmude Hieroſ. teſtimonium.* X. *Quando Character cœpit mutari.*

SEntentiam capite præcedenti explicatam de literarum Hebraicarum muta-

tione Babylonij Doctores à Majoribus suis acceperunt. Idem enim docent libri Misnajoth, & Talmud Hierosolymitanum, qui Babylonicum longo tempore præcedunt. Primus secundam Iudæorum legem, siue δευτερώσεις complectitur, vnde nomē habet: nihil est enim aliud משנה, quàm δευτέρωσις. Huius libri autor fuit R. Iehuda, quem sanctum & Magistrum per antonomasiam vocare solent. Illum composuit anno mundi I
3949. contractuum 500. post templi excidium 120. vt referunt Abraham Leuita & Gedalias, hoc est anno Christi 189. Cùm primùm in lucem editus est, illum Iudæi omnes vnanimi consensu amplexi sunt, & relictis scripturis huic vni illustrando toti incubuerunt. R. Haia Thosaphtas scripsit II
in hunc finem; idem præstiterūt R. Husaia, & Bar Caphra Beresith Rabba antiquioris autores. Quinquaginta circiter post Iehudam annis R. Rab libros Siphra & Siphre ijsdem Misnajoth explicandis composuerunt, vt autor est Gedalias fol. 32. Catenæ

Cabbalisticæ, quanquam duos postremos libros alijs alij vendicent. Quid ampliùs dicam? vtrumque Talmud nihil aliud est, quàm libri Iehudæ Commentarius. Quod ad Talmud Ierosolymitanum attinet, à R.
111 Iochanan scholarum Iudaicarùm in terra Israelis capite, anno mundi 4000. Christi 240. compilatum est, vt scribit idem autor fol. 34. Sanctis igitur Patribus Iustino, Irenæo, Clementi Alexandrino, & Tertulliano, coætanei erant famosi isti Rabini. Manifestum itaque fit à quibus fontibus hauserant, quæ de literarum Hebraicarum mutatione scripserunt. Sed antiquissimorum istorum Iudæorum sententiam audiamus.

Rabbi Iehuda in tractatu Megilla cap. 1. nu. 8. Neotericas Iudæorum literas Assyrias appellat, Samaritanorum verò Hebraicas,
אין בין ספרים לתפילין ומזוזות אלה שהספרים נכתבין
בכל לשון ותפילין ומזוזות אינן נכתבון אלא אשורית׃
רבן שמעון בן גמליאל אומר אף בספרים לא התירו
שיכתבו אלא יוונית׃ *Nulla est alia differentia librorum à Thephillin & Mezuzoth, quàm*

quod

quod libri ſcribantur in omni lingua, Thephillin verò & Mezuzoth non ſcribantur niſi Aſſyriacè. Raban Simeon filius Gamaliel dixit, Etiam de libris permiſſum non eſt vt ſcribantur niſi Græcè. Talmudici explanatores in Ghemara adhuc excipiunt, מקרא שכתבו תרגום ותרגום שכתבו מקרא וכתב עברי אינו מטמא את הידים עד שיכתבנו בכתב אשורית על הספר בדיו· *Textus biblicus in quo ſcribitur textus Chaldaicus, & textus Chaldaicus in quo ſcribitur textus biblicus, & ſcriptura Hebraica non polluunt manus, donec ſcripti fuerint ſcriptura Aſſyriaca in libro cum atramento.* Manifeſtum eſt antiquos illos Rabinos ſcripturam ſuam ſeu characterem Aſſyriacum vocare, & à charactere Hebraico diſtinguere. Manifeſtiùs apparebit, ſi quædam obſcura Chriſtianis, Iudæis verò notiſſima, elucidauerimus.

Thephillin frontalia ſunt, quæ in ſcriptu- IV
ra טטפות, Totaphoth appellantur, quibus nonnullas ſententias legis mira & ſtupenda prorſus ſuperſtitione inſcribunt. Eorum

vnum inter precandum fronti alligant, alterum manui dextræ. Mezuzoth aliæ ſunt ſententiæ Biblicæ non minori ſuperſtitione ſcriptæ & complicatæ, quas poſtibus Ianuarum ſuarum affigunt. Iſtius ſuperſtitionis cauſam obtendunt id quod iubetur Deut. 6.verſ.8.& 11.verſ.18. *Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribeſque ea in limine, & oſtijs domus tuæ.* Thephillin Matt. 23. vocãtur phylacteria, de quibus & de Moſis præcepto ita ſcribit S. Hieronymus: *Hoc Phariſæi malè interpretantes, ſcribebant in membranulis decalogum Moyſi, id eſt, decem verba legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quaſi coronam capitis facientes, vt ſemper ante oculos mouerentur, quod vſque hodie Indi & Babylonij faciunt, & qui hoc habuerit quaſi religioſus in populis iudicatur, &c.* Similia in Ezech. cap. 24. refert. Quibus ceremonijs ſcribi debeant longũ eſſet enarrare. Iſta fusè Alpheſi parte prima tractatibus particularibus qui inſcribuntur, הלכות מזוזה

& הלכות תפילין , Moſes quoque Ægyptius parte prima ijſdem titulis. Hoc vnum dicam, Iudæos vix librum legis, qui in Synagogis legitur, accuratiori diligentia & ſuperſtitioſiori præcautione deſcribere, quã Thephillin & Mezuzoth.

Sicut igitur legis liber alio charactere, quàm Aſſyriaco ſcriptus, hoc eſt, eo quem nunc vocamus Hebraicum, prophanus eſſet, nec ad ſacrum vſum poſſet vſurpari: Ita edicunt Thephillin & Mezuzoth prophana eſſe alio charactere quàm Aſſyriaco, hoc eſt, Hebræo nũc vulgari, deſcripta. Similiter libro legis Chaldaicam paraphraſin inſcribi poſſe, ſcripturam quoque עברי Hebræam, nec huiuſmodi libri contactu manus pollui: Verùm ſi ſcribatur Aſſyriacè in libro ex corio, ſcilicet beſtiæ mũdæ, & cum atramẽto, cuiuſmodi eſt liber ſynagogicus, nec ſcripturam Hebræam, nec Chaldaicum textum immiſcere licebit. Gloſſa Talmudica eodem modo iſta interpretatur, כתב עברי או שלא שינה את הלשון אבל שינה את הכתב שכתבו

בכתב של עבר הנהר ובמסכת סנהדרין קרי ליה כתבא ליבונאה׃ עד שיכתבנו אשורית כתב אשורית הוא כתב שלנו׃ *Scriptura Hebraica, vel quæ non mutat linguam, ſed characterem, ea eſt quæ ſcribitur charactere eorum qui ſunt trans fluuium, & in tractatu Sanhedrin vocatur ſcriptura Libonæa. Donec ſcripſerit eum Aſſyriacè; Scriptura Aſſyriaca ſcriptura eſt noſtra.*

Idem Iudas Iudaicarum δευτερώσεων autor clariùs adhuc hoc docet tractatu ידים, ſect. 4. num. 5. תרגום שכתבו עברית ועברית שכתבו תרגום וכתב עברי אינו מטמא את ידים׃ לעולם אינו
VI מטמא עד שיכתבנו אשורית על העור ובדיו׃ *Textus Chaldæus in quo ſcriptus eſt textus Hebræus, & textus Hebræus, in quo ſcriptus eſt Chaldaicus, ſcriptura quoque Hebræa nō polluunt manus. Nunquam polluunt donec ſcripti fuerint Aſſyriacè ſuper pellem cum atramento.* Manifeſtè diſtinguit ſcripturam Hebræam à textu Hebræo & à charactere Aſſyrio, qui Iudæorum character eſt ſacer, cui ſi alter, etiã Hebræus, admiſceatur, ſtatim polluitur codex. Character Hebræus ab Aſſy-

rio ſeu Rabinico diſtinctus, quis alius præ-
ter Samaritanũ fando vnquam auditus eſt?
Sed magnum illum Rabinum Moſen, or- VII
tu quidem Cordubenſem, ſed longa in Æ-
gypto inhabitatione, & morte ibidem obi-
ta Ægyptium vulgo dictum, hæc commẽ-
tantẽ audiamus. עברית׳ הלשון עברי׳ וכתב עברי׳
כתב עבר והוא כתב אשר כותבין בו התורה העם
שנקראים אל׳שמ״רא והכתב הזה אשר נכתב בו אנחנו
התורה הוא כתב אשורי׳ *Hebraicè, eſt lingua He-
bræa. Scriptura verò Hebræa, eſt ſcriptura
Heber: ipſa autem ſcriptura eſt, qua ſcribit
legem populus qui appellatur Samariticus.
Scriptura autẽ cum qua nos ſcribimus legem,
ſcriptura eſt Aſſyria.* Commentator alter
Obadias à Bartenora dictus, כתב עברי׳ כתב
שבא מעבר הנהר והכותיים כותבים בו עד היום וכו׳
הכתב שאנו כותבים בו ספרים היום כתב אשורי הוא
נקרא׳ *Scriptura Hebræa, ſcriptura eſt quæ
venit de trans fluuium, Cuthæi autem eam
ſcribunt vſque in hunc diem, &c. Scriptura
autem qua nos ſcribimus libros hodie, voca-
tur ſcriptura Aſſyriaca.*

VIII Ne autem existimes superfluè omnibus his testimoniis Talmudicis additum esse *cum atramento:* intelligunt enim certum atramenti genus quo libros legis, Thephillin, & Mezuzoth scribere illis ex antiqua traditione præcipitur. Istius atramenti confectionem docet Moses prima parte יד חזקה tractatu de Thephillin, Mezuzoth & libro legis sect. 1. num. 4. כיצד מעשה הדיו׳ מקבצין העשן על שמנים או של זפת ושל שעוה וכיוצא בהן ונובלין אותן בשרף האילן ובמעט דבש ולותתין אתו הרבה ודכין אתו עד שיעשה רקיקין ומיבשי׳ אתן ומצניעי׳ אותן׳ ובשעת כתיבה שורהו במי עפצה וכיוצא בו׳ *Sic*, inquit, *conficitur atramentum. Colligunt fumũ vnguentorum, vel picis, vel ceræ & similium, & pinsunt ea cum succo arboris & paululum mellis, & sæpè illud madefaciunt, & comminuunt donec fiant frustula, posteà exsiccant illa, & recondunt. Cùm verò scribendum est, infundũt illud in aquas Gallæ aut his similes.* Libri igitur legis charactere alio quàm Assyriaco super pellem cum eiusmodi atramento scripti manus polluunt. Quòd si illis

credere fas est, Mosis traditio est è monte Sinai: Omnia enim insomnia sua ad montem Sinai referunt.

Hierosolymitanum Talmud quod Babylonico longè antiquius est, idem docet multis verbis, & clarissimè tractatu Megilla, sect. 1. fol. 71. col. 2. אשורי יש לו כתב ואין לו לשון׃ עברי יש לו לשון ואין לו כתב בחורו להם כתב אשורי ולשון עברי׃ ולמה נקרא שמו אשורי שהוא מאושר בכתבו׃ אמר רבי לוי על שם שעלה בידם מאשור׃ תני ר׳ יוסי אומר ראוי היה עזרה שתינתן תורה על ידו אלא שקדמו דור משה׃ אף על פי שלא ניתנה התורה על ידיו אף הוא ניתן כתב ולשון על ידוי *Assyria est ei scriptura, sed non est ei lingua: Hebræa est ei lingua, sed non est ei scriptura. Elegerunt illis scripturam Assyriaçam, & linguam Hebræam. Quare autem vocatur Assyria, quia character eius excellens est, & ornatus* (ἔτυμον est nominis quod Latinè nō quadrat) *Dixit R. Leui, eo quod ascendit per manum eorum de Assyria. Docuit R. Iose, dicens, Dignus erat Esdras per cuius manū daretur lex, nisi præcessisset eum sæculum Mosis.* IX

Quanquam autem data non ſit lex per manus eius, tamen data eſt ſcriptura, & lingua per manum eius.

Samuel Iaphe ex ſententia ſua ſic iſta breuiſſimè interpretatur, columna 3. fol. 194. ס״ל שנשתנה הכתב בימי דניאל מכתב עברי שניתנה בו תורה לכתב אשורי ונכתבה תורה אשורית בימי עזרא׳ x *Opinio mea eſt, quod mutata fuerit ſcriptura in diebus Danielis, ex ſcriptura Hebraica in qua data eſt lex, in ſcripturam Aſſyriacã, & ſcripta fuerit lex Aſſyriacè in diebus Eſdræ.* Hancque ait fuiſſe ſentẽtiam R. Ioſe in tractatu Sanhedrin de quo ſuprà. Quomodo autem mutata fuerit in diebus Danielis, & quare Aſſyriaca dicta fuerit capite ſequenti ex eodem autore explicabitur. Paulò antè allatis quorundem interpretationibus ſic collegerat partim ex ſua, partim ex aliorum ſententia de qua poſtea. נראה לי שפירושו דבני אשור יש להם כתב חשוב והגון ואין להם לשון הגון שלשונם ארמי׳ עברי בני עבר הנהר יש להן לשון הגון שהוא לשון הקדש ואין להן כתב הגון אלא כתב גרוע שנוהגים בו הכותיים ונקרא ליבונאה וכו׳· *Videtur mihi*

mihi quod interpretatio dicti istius, Assyrijs scripturam esse pretiosam & decentem, sed nō esse illis linguam decentem, sit quod lingua illorum est Chaldaica. Hebraica verò intelligitur de ijs qui sunt vltra fluuium. Est autem illis lingua decens, quia sancta est: sed non est illis scriptura decens, verùm imminuta & vilis, qua vtuntur Cuthæi: Vocatur autem Libonæa, &c. Ex vtroque igitur Talmude Babylonico & Hierosolymitano, necnon ex Misnajoth, seu secunda Iudæorum lege, atque ex istorum librorum commentarijs manifestum est, Samaritanam scripturam propriè, & per antonomasiam ab omnibus Iudæis vocari scripturam Hebræam: antiquissimósque Rabinos pro maiori & saniori parte asserere, scriptura ista Samaritana legem in monte Sinai Mosi diuinitus esse datam, sed postea ab Esdra, lingua Hebræa conseruata, characterem Hebræum Assyrio commutatum fuisse. Quid hac de re posteriores Iudæi sentiant, nunc diligenter colligendum & examinandum est.

Samaritanorum literas Hebræas esse, Iudæorum verò hodiernas ab Esdra innouatas, Neotericorum Judæorum testimonijs comprobatur.

CAPVT IV.

I. Manus vnica debilis pugna. II. Ramban quis & quando vixit. III. Figuras in siclis conspectas explicat. IV. Semunciam pendebat siclus. V. Characteris, & mensium mutatio captiuitatis Babylonica monumenta. VI. Ex Talmude probat Ioseph Albo characterem Iudaicum non esse Hebræum. VII. Qui apud Iudæos Thanaim & Amoraim, initium eorum & duratio. VIII. Exactissima temporis, quo Talmud Babylonicum absolutum est, designatio. IX. Anachronismus Eliæ Leuitæ. X. Qui doctores Iudæis dicantur Seborai, & Gheones. Initium eorum & duratio. XI. Babylonicis Iudæorum scholis dissipatis eas in Hispania instaurarunt. XII. Quando, & qua occasione character Hebræus cœpit mutari.

SVfficere quidem poterat instituto nostro Rabinorum tanti nominis in causa sua testimonium. Verùm vt ait Poëta, πλεόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον, pauciorum labore semper præstat plurium opus. Nunquam non verum est istud Euripidis in Heraclidis:

μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη.

Vnicæ manus debilis est pugna. Ideo recen-

tiorum Rabinorum ſententias præcedentibus viſum eſt addere, vt denſato cuneo frigidis exceptionibus, aut ſuſpicioſis gloſſulis veritas ſit impenetrabilis. Samaritanos characteres Hebræos eſſe, & Iſraeliticos, Iudæorum nemo inficiatur: Sed an lex à Moſes his characteribus ſcripta ſit, & populo propoſita, inter ſe diſſentiunt. Potior ſentētia eorum eſt qui hæc nō diſtingunt, & vno charactere ſimplicem rudemque Iſraelitarum populum à Moſe imbutum fuiſſe affirmant. Cùm autem confeſſa res ſit & manifeſta, characteres quibus Samaritani vtuntur, Hebræos eſſe; his legem & à Moſe datam, & à populo deſcriptam fuiſſe nihil illi ſuperſtitioſè ambigunt. Iſtorum ſententiam primùm enarrabimus, deinde quid viſum aliis fuerit, proponemus.

R. Moſes Bar-Nachman qui initialibus literis cōpendij cauſa iunctis רמבן, Rāban dicitur, vna ſicli ſculptura & Sanhedrin autoritate ductus, Samaritanas literas, antiquas Hebræas eſſe ſcribit, aliorum nihil moratus II

diſtinctiunculas. Rabinus ille Gerundenſis maximi apud ſuos nominis, quem liber Iuchaſin luminare, & florem coronæ ſanctuarij vocat, Hieroſolymis diu vixit, & obijt admodũ ſenex anno Chriſti 1260. poſt nonnulla de libris eius ita ſubdit liber Iuchaſin,
הרמבן עלה לירושלים ועשה בית הכנסת שמה והאריך
ימים ונפטר שנת עשרים לאלף הה׳ ושנת תתקע״ התחיל
לעשות ספריו׃ *Ramban aſcẽdit Hieroſolymam, conſtruitque ibi Synagogam, diúque vixit. Mortuus autem eſt anno 5020. & anno 970.* (ſublatis ſcilicet de more milleſimis) *libros ſcribere cœpit.* Sic igitur ſcribit ad calcem commentarij ſui in legem, cùm eſſem Accone quæ ciuitas eſt Palæſtinæ, מצאתי שם ביד
זקני הארץ מטבע כסף מפותח פתוחי הותם מצדו האחד
בעין מקל שקד ומצדו השנית בעין צלוחית ובשני הצדדין
סביב כתב מפותח באר היטב והראו הכתב לכותיים
וקראוהו מיד כי הוא כתב עברית אשר נשאר לכותיים
במו שמוזכר בסנהדרין וקראו מן הצד האחד שקל
השקלים ומן הצד השני ירושלים הקדושה ואומרים כי
הצורת מקלו של אהרון שקדיה ופרחיה והצורה השנית
צנצנת המן׃ *Jnueni ibi in manu ſeniorum terræ*

monetam argenteam ſignatam ſculptura ſigilli. Ex vno latere erat velut figura virgæ amygdalinæ, & ex altero velut figura vrnæ. In vtroque autem latere ad marginem ſcriptura erat inſculpta admodum manifeſtè. Et oſtenderunt ſcripturam illam Cuthæis, qui ſtatim eam legerunt; quia ſcriptura erat Hebraica quæ relicta erat Cuthæis, ſicut commemoratur in Sanhedrin. Legerunt autem ex vno latere, ſiclus Siclorum, & ex altero, Ieruſalem ſancta; dicebant quoque figuram eſſe virgæ Aharonis, amygdalarum & florum eius, figuram verò ſecundam eſſe vrnæ in qua erat Manna. Habes expoſitam à Samaritanis rationem figurarum quæ numiſmatis Iſraeliticis inſculptæ conſpiciuntur.

Addit præterea Nachman ſiclum iſtum ſe appendiſſe, pōduſque fuiſſe ſemunciam: Hemiſiclum quoque ſe recuperaſſe ijſdem figuris & ijſdem literis, dimidium iſtius pōderis, hoc eſt, ſicilicum ſeu drachmas duas pendentem. Quod certè Ioſepho conuenit ſiclum drachmarum quatuor Atticarum IV

definienti. R. Azariæ referentis c. 56. Nachmanis verba coniectura verissima mihi videntur, Nachmanẽ scilicet memoriæ lapsu scripsisse, *siclus siclorum*, pro, *siclus Israel*. Omnes enim sicli quorum ἔκτυπα exhibentur, signatum gestant ex vna parte, *siclus Israel*, nullus, *siclus siclorum*.

Sed maximè luculentum est R. Iosephi Albo testimonium, qui apud suos diuinus audit Philosophus. Scribebat ille in Hispania anno mundi iuxta sententiam libri Iuchasin 5185. hoc est anno Christi 1425. sed obijt iuxta Gedaliam in catena Cabalæ anno 5150. Christi verò 1390. Ille igitur sermone seu parte 3. c. 16. libri quẽ inscripsit עקרים de fundamentis, fidei scilicet Iudaicæ, multis de hac re disserit: sermonem autem suũ incipit à re maximè memorabili, & scitu dignissima, כאשר עלו מבבל ראו לעשות זכר לגאולה השנית ועשו זה בשני דברים׳ האחד שהניחו כתב עברי ובחרו להם כתב אשורי זכר שגלו אל אשור ונגאלו משם׳ וכן אמרו רבותינו ז״ל בתוספתא דמסכת סנהדרין למה נקרא שמה אשורית שעלה עמהם מאשור וכו׳:

Cum ascenderunt è Babylone, decreuerunt V
constituere memoriale captiuitatis secundæ. Hoc autem fecerunt duobus modis: vno cum reliquerunt scripturam Hebraicam, & elegerunt sibi scripturam Assyriacam in monimẽtum quòd in Assyriam transportati fuerant, & inde migrauerant. Et sic dixerunt Magistri nostri, quorum memoria est in benedictione in additamẽtis ad tractatum Sanhedrin, Quare vocatur nomen eius Assyria? quia ascendit cum eis de Assur. Hoc rursus probat Talmudis testimonio euidentissimo, quo fretus ait consuetudinem esse Ghemaræ dicere scripturam Iudaicam nõ esse Hebræam: locus, inquit, est initio sectionis, כל כתבי, Est autem illa in tractatu de Sabbato. Verba autem sunt ista, הכתב שבידינו היום VI
שהספרים נכתבים בו אינו כתב עברי בלי ספק׃ *Scriptura quæ est in manibus nostris hodie qua libri scribuntur, non est scriptura Hebraica sine dubio.* Iterũ in huius rei confirmationem citat partem textus Sanhedrin quem supra enarrauimus, verbáque ista, *& reliquerunt*

idiotis scripturam Hebraicã, hac paraphrasi illustrat, כלומר לכותיים שהיו דרין אז בארץ ישראל קודם שעלו הם הניחו להם כתב עברי ולשון הקודש הרי שהאמוראים מסכימים שהכתב שבידינו היום אינו עברי׃ *Quasi diceret Cuthæis, quia tunc habitabant in terra Israel. Antequam migrarent, reliquerunt eis scripturam Hebraicam & linguam sanctam. Certè igitur Amoraim conueniunt inter se, quod scriptura quæ est in manibus nostris hodie, non est Hebraica.*

Alterum monumentum captiuitatis Babylonicæ, quod posteritati consecrare voluerunt, est inquit, Ioseph Albo, nominum mensium mutatio: Indidit Esdras mẽsibus nomina Chaldaica, Tisri, Marchesuan, Casleu, &c. cùm antea Iudæi menses suos nullo alio nomine vocarent, quàm primi, secundi, tertij, &c. Voluitque vt initium anni à Tisri, seu mense septimo duceretur, qui anteà à Nisan, seu mense primo, incipiebat. Hæc ille fusiùs.

Ait Ioseph Albo Amoraim omnes conuenire, dico etiam & Thanaim. Istorum sæpius

ſæpius mentionem fecimus & faciemus: ideo operæpretium videtur, ex Iudæorum monumentis quinam illi fuerint, aperire. Vt hoc intelligat lector, ſciat neceſſe eſt Iudæos Thanaim vocare Rabinos omnes quos exiſtimant traditionum ſuarum, ſeu Miſnajoth, autores fuiſſe. Horum primus VII fuit Simeon Iuſtus Alexandri tempore Pōtifex; poſtremus R. Iehuda ſanctus, qui Miſnajoth ſeu textum Talmudicum compoſuit. Abraham Zacuth autor libri Iuchaſin vocat R. Raba סוף תנאין ותחלת אמוראי, *finem Thanaim & initium Amoraim*. Vtrorumque Rabinorum catalogum Alphabeticum ex Talmude magna diligentia contexuit. Ipſe igitur, & omnes quorum ſententiam refert, dicuntur ab eis Thanaim, id eſt, Doctores. His ſucceſſerunt Amoraim, hoc eſt, Explanatores, & enarratores, quorum omnis opera verſatur in explanatione & deciſione difficultatū, quæ ex textu Miſnajoth oriuntur: Ipſorum autem ſententiæ & deciſiones Ghemara dicūtur. Horum primus

R

fuit Raba, postremus Rabena & Ase. Ambo decisiones Talmudicas ex Amoraim opinionibus collegerunt. Ase caput cœpit esse scholæ Soranæ, ait Gedalias, anno mundi 4127. sedemque illam occupauit annis sexaginta. Nec socius ipsius Rabena, nec ipse licèt diutissimè vixerit, moli Talmudicæ coronidem imponere potuerunt. Hoc tandem præstitit R. Iose caput scholæ Pumbeditanæ 73. annis post mortem R. Ase.

Gedaliæ verba huc referam, cùm multa paucis scitu & iucunda & vtilia contineant. Non omnibus eiusmodi librorum est copia, nec omnes quibus adest, ijs vti possunt. Plurimùm distant hæc, Rabinicos libros intelligere, & Biblia cum tot adiumentis. Ait igitur fol. 35. הוא ובית דינו וכל חכמי דורו וישיבתו השלימו לכתוב ולחתום גמרת בבל שהתחילו לכתוב ר׳ אשי ורבינא חבירו והיה אז שנת דר״ס ליצירה ותת״א למנין שטרות ולחתימת המשנה שנת ש״א׳ ור״לה לחתימת גמרה ירושלמי ותל״א לחרבן הבית ופ׳ שנים שתחילו רב אשי לכתוב׳ ונתפשט בכל ישראל וקבלו אותו עליהם ולמדו אותו והסכימו עליו כל ישראל׳ ועליו אין להוסיף

וממנו אין לגרוע׃ זולת רבנן סבוראי שהוסיפו בו מעט
דבר כאשר מקובל לנו מהגאונים הראשונים׃ *Ipse,* VIII
Iose, *& domus iudicij eius, & omnes sapientes sæculi istius, & schola eius absoluerunt compositionem & obsignationem Ghemaræ Babylonicæ, quam scribere inceperant R. Ase & Rabena socius eius. Tunc autem fuit annus creationis* 4260. *&* 811. *æræ contractuum* (ab Alexandri magni ingressu Hierosolymã initium ducit) *& obsignationis Mischnæ* 311. *&* 235. *obsignationis Ghemaræ Hierosolymitanæ; &* 431. *desolationis domus secundæ, &* 80. *annis postquam cœpit R. Ase illam componere. Diuulgata quoque est per omnem Israelem, eámque exceperunt & didicerunt, consensitque in eam omnis Israel, nec fuit qui ei aliquid adderet aut detraheret, exceptis Magistris Seborais, qui ei pauculum addiderunt, sicut nobis traditum est à Gheonibus prioribus.* Talmudis istam obsignationem annis quinque posteriorem scribit Abrahã Leuita: Itaque omnibus suis numeris absolutum est Talmud Babylonicum anno sa-

lutis 500. Conſentit liber Iuchaſin, cùm probat aduerſus autorem libri המצות, qui ſcripſerat R. Aſe Talmud obſignaſſe, quædam eſſe in Talmud quæ ab eo ſcripta eſſe non poſſunt: Mortuus eſt autem R. Aſe ſecundum omnes, anno mundi 4187. Chriſti
IX 417. Itaque longè errat R. Elias cùm ſcribit pag. 24. præfationis tertiæ in librum Maſoreth Hammaſoreth obſignatum eſſe Talmud annomundi 3989. qui eſt Æræ Chriſtianæ 229. Anachroniſmum committit doctiſſimus ille Grammaticus annorũ 271. facilè à ſeipſo ibidem refutatur: Ait enim annum illum fuiſſe deſolationis domus ſecundæ 436. qui ſecundum Iudæorum computum cum anno mundi 4265. concurrit. Cæterorum calculum facilè eſt ſubducere.

Vt tandem vnde digreſſa eſt redeat oratio, ex allatis teſtimoniis manifeſtum eſt nõ tantùm Iudæorum Amoraim, vt colligebat Ioſeph Albo, ſed etiam Thanaim aſſerere literas Samaritanas ſinceras eſſe Hebraicas Moſaicas è monte Sinai datas; illas autem

quibus nunc, & à tempore Esdræ vtuntur, Assyrias atque aduentitias. Quæres fortè lector, quid Seboræi & Gheones: vno verbo expediã, ne πάρεργον παρέργον fiat, lentemque Zenonis more coquamus. Seboræo- x
rum סבוראים, rariùs fit mẽtio; Doctores erãt problematici, qui in vtramque partem de locis obscuris Misnajoth disputabant. Initium eorum fuit anno mũdi 4238. & caput R. Iose Talmudis obsignator, vt ex Gedalia discimus pag. 35. Paucis annis Academici illi quæsitores floruerunt: horum postremi Sisena & Bosai, quorũ hic obijt anno 4449. Durationis eorum tempus colligit annorũ circiter 187. Si spectes quas fixit Epochas anni 24. summæ addititij erunt. Tempus autem durationis Thanaim & Amoraim annorum 827. colligit Abraham Leuita in historia Cabbalistica. Seboræis successerunt גאונים Gheones, hoc est, Doctores excellentes & præcelsi. Epithetum fuit omnium Magistrorum scholarum Babylonicarum, Nahardeæ, Soræ, & Pumbedithæ

inſtitutarum. Durauit autem illud Epithe-
tum, ſeu dignitas Iudaica, donec ſcholæ illæ
floruerunt: illis deletis quod accidit circa
annum Chriſti 1040. euanuit quoque
XI Gheonica dignitas. Vltimi Gheonum fue-
runt R. Hai de ſemine Dauid, quem innu-
meris laudibus ornat Abraham Zacuth,
Gheonumque poſtremum vocat: hic mor-
tuus anno mundi 4378. & cõtractuum 1359.
Diſcipuli Hai ſuffecerunt magiſtro ſuo R.
Chiskiam nepotem in caput captiuitatis,
quo Iudæos regente à Saracenis ſcholæ Ba-
bylonicæ funditus euerſæ ſunt. Exulum
maxima pars in Hiſpaniam ſe recepit, atque
ab eo tempore Grammaticas Hebræas &
dictionaria componere Iudæi cœperunt,
Gheonumque depoſito nomine Rabinos
ſimpliciter ſeſe indigitare. Hæc multis Iu-
dæorum hiſtorici.

Antequam caput hoc concludam, autoris libri יפה מראה *Speciosum Speculum*, qui eſt commentarius in præcipuas Talmudis Hieroſolymitani ſententias ſuperioribus adne-

ctam. Iste quæ dicta sunt cõfirmat, sed quædam habet singularia quæ explicare non erit inutile. Existimat igitur Characterem, XII quo nunc vtuntur Iudæi, neque Mosaicum esse, neque etiam Assyrium quòd ante captiuitatem Assyrijs familiaris esset. Verùm ab Angelo datum Iudæis cum in pariete coram Balthazaro rege scripsit, *Mane, Thecel, Phares*: hunc characterem tunc Iudæos didicisse, & cum eo legem ab Esdra, relicto Cuthæis antiquo charactere, descriptam fuisse. Assyrium quoque dictum, tum quod ex Assyria Angelo dante allatus est, tum quod Assyrij illius pulchritudine capti illi statim insueuerint.

Ita Rabinus ille Germanus cuius liber Venetijs cusus est anno שמ׳ 350. qui Christianis est 1590. post longam de hac re contentionem sese colligit, fol. 195. col. 3. & 4. כתב זה נתחדש לנו ע״י המלאך בימי בלשצר ואחר שידעוהו דניאל ועזרא למדוהו מהם בני אשור כמ״ש בעל עין יעקב וזהו מוכרח שאף על פי שנקרא כתב זה ארמי בגז׳ בדברי רש״י הנ״ל וכן יראה ממ״שה וכתב הנשתוון

כתוב ארמית ומתורגם ארמית אא״ לומר שהיה זה כתבם
מתחלה דא״כ הכשדים איך לא יכלו לקרות כתב
המלאך שהיה ככתבם ובלשונם אלא ודאי לא ידעוהו
אלא אחר שנתחדש על ידי המלאך וע״י שאח״כ הורגלו
בו הכשרים קרי ליה ארמית וגם מ״ש שעלה עמהם
מאשור אינו שישראל למדו הלשון מבני אשור אלא לפי
שנתחדש לישראל ע״י המלאך בבבל ומאז הורגלו בו
בהיותם במלכות פרס שנקרא אשור כדאשכחן בס׳
עזרא דקרי לדריוש מלך אשור קאמר שעלה עמהם
מאשור ומאחר שהכתב הזה מאת ה׳ מן השמים יש
בכל קוץ ממנו תילי תילים של הלכות ואין קושיא מה
שלא ניתנה הלוחות בכתב זה המקודש כי זה נשמר
לעזרא להתנדר בו שישתנה הכתב על ידו מאחר שהיה
ראוי שתינתן התורא על ידו· *Scriptura ista innouata est nobis per manus Angeli in diebus Balthazaris. Postquam autem cognouerunt eã Daniel & Esdras, ab ijs didicerunt eã Assyrij vt dicit autor* עין יעקב. *Et hoc necesse est, quãquã enim vocetur scriptura ista Chaldæa (vt dictum est ex verbis Salomonis Iarki supra citatis, & libro cui titulus est, aditus ad scientiam,) & scriptura exemplaris scripti Chaldaicè, & translati Chaldaicè, fieri non potest*

potest, vt fuerit eorum scriptura ab initio. Quod si ita est, quomodo non potuerunt Chaldæi legere scripturam Angeli, quæ erat similis & scripturæ, & linguæ suæ? Profectò non cognouerunt eam, nisi postquam nouata est per Angelum: & quia postea illi sese assuefecerunt Chaldæi, vocata est Chaldæa. Hoc etiam quod dictũ est, quod ascendit cum ijs ex Assur, non est quòd Israel didicerit linguam ab Assyrijs, sed quòd noua data est Israeli ab Angelo in Babylonia, & assuefacti sunt illi cùm essent in Perside quæ vocatur Assyria, vt reperire est in libro Esdræ, qui vocat Darium Assyriæ regem. Nulla autem est difficultas quòd Tabulæ datæ non sint in sancta ista scriptura. Hoc enim reseruatum erat Esdræ, vt magnificaretur in eo quod scriptura per manum eius mutata est, cùm dignus haberetur per cuius manus lex ipsa daretur. Eadem prorsus cum S. Hieronymo de mutatione Characteris Hebræi docti illi Rabini sentiunt. Alij autem de quibus capite sequenti paulò aliter.

De duplici Moſis charactere, ſacro & prophano, multorum Iudæorum ſententia.

CAPVT V.

I. *Prouerbium Iudaicum.* II. *Vir vnus inſtar multorum.* III. *Explicatio duarum opinionum de duplici charactere Iudaico.* IV. *Inſulſæ rationes propter quas ſcriptura Iudaica dicitur Aſſyria.* V. *Tertia ſententia Iudæorum verbis explicatur.*

I REfert Nathan filius Iechielis in voce פלפל, ex tractatu Talmudico Hagiga hoc Iudæorum non inſulſum Prouerbium טבא חדא פלפלתא חריפתא ממלא צנא דקרי *præſtat acumine granum vnum piperis caniſtro peponibus pleno.* Prouerbij occaſio iucũda eſt, שהיה אמורא קטן מכולם כמו שהפלפל קטן מכל מיני תבלין וחריף מכולם כך זה האמורא חריף מכל התנאין שהפלינו עליו· *Doctor quidam erat, ait Nathan, omnium minimus: verùm ſicut piper omnium ſpecierum minimum, maximã tamen habet acrimoniam; ita Doctor ille omnibus doctoribus, qui cum eo contendebant, & acrior erat & acutior.* Non ſemper veritas multitudine cenſenda eſt, cùm ſæpe peſſi-

mi turba sit argumentum. Vnius sententia meritò nonnumquam instar multorũ æstimatur, virque vnus est, vt ait Poëta:

------πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. II

In plerosque autem alios hoc jactari potest,

Ὦ πέπονες κάκ' ἐλέγχε', ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί.

Quanquam igitur Rabinorum colluuies ijs quæ superiùs probata sunt, opponi posset, autoritas tamen testium quos produximus multitudini facilè præualeret. Verùm ab hoc incommodo lõgè absumus, nihil enim ab ijs dicitur quod nobis plurimùm officere possit. Omnes enim concedunt Samaritanum characterem Hebræum esse & Israeliticum: Sed nonnulli ajunt duplicem III apud Antiquos Israelitas fuisse characterẽ, sanctum vnum, prophanum alterum. Sanctum characterẽ illum esse, quo nunc vtuntur; prophanum verò, quo Samaritani. De sancto charactere rursus diuersa sentiunt, alij affirmãt sancto charactere scriptas tantùm fuisse duas tabulas, librúmque legis qui in arca conseruabatur; cæteros verò legis li-

bros, illum etiam ipſum quem rex poſt inaugurationem deſcribere tenebatur, prophano, hoc eſt, Samaritano, deſcriptos fuiſſe, ac proinde populo prorſus incognitum fuiſſe ſanctum characterẽ. Alij verò ſancto charactere libros omnes legis & Prophetarum ſcriptos fuiſſe, ſicut & ea quæ vocant Thephillin & Mezuzoth; prophano autem cætera omnia, quæ vel ad regem vel ad principes & plebem pertinebant.

Secunda ſententia autores habet non paucos, eáque admodum cum priore conuenit, nihilque continet quod rationi non mihi videatur conſentaneum. Notandum autem illòs in varias ſententias ingenium ſuum ſic contorquere, vt Talmudiſtarum ſententiæ ſuperius expoſitæ minimè contradicant, cùm legem tuentur charactere Aſſyrio è monte Sinai latã fuiſſe. Ita Ritba ſeu R. Iom Tob filius Abrahæ, poſtquam docuit ſcripturam Aſſyriam ſine dubio in legis tabulis fuiſſe, & vocatã ideo ſanctam, ſubdit, vt referũt R. Iacob in libro עין ישראל

fol.142.col.1.& Samuel Iaphe loco,& libro iam citato, אף על פי כן מתוך תומת וקדושת הכתב ההוא באותן הימים לא היו כותבין אותו אפילו בספרים שכותב המלך או כל אחד וא׳ לעצמו אלא היו כותבין אותו בכתב עברי וזהו שכשנגנז הארון שכחום לאותיות מנצפך שכשגלו לאשור וידעו בני אשור כתב זה נטלוהו להם או שהיה אצלם קודם לכן שנודע להם מספר הקדש מלבד כתב שלהם או שהיה להם וחמדו אתו ובני ישראל הורגלו בו עמהם משם ואילך וזהו שעלה עמהם מאשור ובימי עזרא ניתן להם לכתוב ס״ת ושאר כתובים· *Nihilominus propter perfectionem & sanctitatem scripturæ istius in illis diebus non scribebant eam, etiam in libris quos scribebat Rex, aut vnusquisque pro seipso: Sed scribebant eos charactere Hebraico. Quia autem absconsa erat arca, obliti sunt literarum* מנצפך (quæ duplici figura scribuntur) *cùm migrarunt in Assyriam. Assyrij verò cognoscentes characterem istum, acceperunt eum sibi, vel eo quod antea apud eos esset, innotuerat enim illis ex libro sacro præter scripturam suam: vel quod illorum fuerat, illius concupiuerunt. Filij autem Israel assueuerunt ei simul cum*

illis ab illo tempore, & deinceps. Et hoc est, propter quod dicitur ascendisse cum illis de Assyria: sed in diebus Esdræ datum est illis scribere librum legis, & reliqua scripta, charactere supplendum *Assyrio*. Qui secundam sententiam amplectuntur plurimùm semper laborant conciliationi pronuntiati Talmudici, de Assyria allatam esse scripturam Iudaicam. Sed vt ait Samuel Iaphe, ועוד כי בכל דבריהם לא ימלטו מקושיות השינוי. *Adhuc per omnia ista verba non euadunt è difficultatibus mutationis.*

R. Iacob autor libri qui inscribitur, Oculus Iacobi, multis hac de re disputat, excussisque aliorum sententijs, & explicationibus Talmudicis, variisque acceptionibus horum verborum, *ascendit scriptura illa cum ijs de Assur*, quarum nonnullas ex alijs attulimus, cæteras, cùm inutiles sint, omittimus: tandem fol. 143. col. 1. breuiter sententiam suam colligit, & autoritate Rambam confirmat. Vno testimonio & Iacobi, & magni illius Mosis Ægyptij sententiam de-

ſcribemus,הנה נתאמת מה שכתבתי שכתב הלוחות
ותורה שבארון לא נשתנה מעולם וכן כתב הרמבם
בפי׳ המשנה במסכת ידים כי הכתב אשר נכתב בו אנחנו
הוא כת׳ אשורי והוא הכתב אשר כתב בו השם יתברך
התורה׃ ונקרא אשורי מן הגדולה והפארת כמו באשרי
כי אשרוני בנות והוא אמרם אשורי שמאושר בכתבו
וכי׳ *Ecce verum eſt quod ſcripſi, ſcripturam tabularum & legis quæ erat in arca nũquam mutatam fuiſſe. Et ſic etiam ſcripſit Rambam in commentario Miſchnæ in tractatum* ידים, *quod ſcriptura qua nos ſcribimus, ipſa eſt ſcriptura Aſſyria, & ipſa ſcriptura qua legem ſcripſit Deus, cuius nomẽ ſit benedictum. Vocata autem eſt Aſſyria propter magnitudinem, & ornatum, ſicut* Geneſ.30.verſ.13. dicitur, *in beatitudine mea, quoniam beatam me prædicabũt filiæ: Sic dicta eſt Aſſyria, quod beata eſt charactere ſuo.* Huc vſque verba Moſis à Iacobo allata, quæ ſequuntur illa quæ ſupra ex eodem Moſe citauimus, quibus Hebræam ſcripturam fatetur eſſe Samaritanã: ſed ſequentia nonnulla reticuit R.Iacob in textu Moſis, quibus explicat

ſcripturæ iſtius Aſſyriæ beatitudinem &
pulchritudinem, quæ hûc referam, vt iudi-
cet lector, quàm non modò inſulſas, ſed etiã
falſas rationes reddere cogantur denomi-
IV nationis Aſſyriæ, quum originalem ſcriptu-
ram ſuam Aſſyriam dictam eſſe cõtendunt.
Speciosæ iſtius formæ has tradit cauſas &
lineamenta, לפי שאינו משתנה ולא יפול בו דמיון
לעולם לפי שאותיותיו בלתי מתדמות ולפי שאינו נדבק
אות באות בשטת כתיבתו ואין כזה בשאר הכתיבות
ע"כ. *Eo quod mutata non eſt, & nunquam in-
cidit in eam ſimilitudo, quoniam literæ eius nõ
ſunt ſibi inuicem ſimiles, neque adhæret litera
literæ in ordine ſcripturæ ſuæ, & ideo nulla eſt
huic ſimilis in cæteris ſcripturis.* Quidquid
Cordubenſis ille Iudæus dicat, oculato cui-
uis certum eſt Iudæorũ literas plures ſibi-
inuicẽ eſſe ſimillimas, & quæcunque ait de
literis ſuis, ea multò magis Europæorum
omnium literis conuenire, quàm Iudaicis.
Pari ratione, ſi Iudaicus character dictus eſt
Aſſyrius ob cauſas à Moſe allatas, Hebræus
ſeu Samaritanus ijſdem de cauſis & longè
effica-

efficacioribus Aſſyrius erit cenſendus: nihil enim de Iudaico ſuo charactere dixit, quod potiori ratione de Samaritano dici non debeat. Quo ergo iure Iudaicus character ab Hebræo, ex Aſſyrij nomine ſic explicato diſtinguetur? Reſpexit Moſes ille ad Arabum & Syrorum characteres, quibuſcum fere ſemper vixit, & quod illorum peculiare eſt, de omnibus effutiuit.

Tres alios Rabinos in eandem ſententiam refert Azarias ad finẽ capitis 58. tertiæ partis libri מאור עינים. Primi verba refert, cuius cũ liber nobis non ſit præ manibus, illa ex Azariæ relatione exhibebimus. החכם ן׳ שועיף בפרושו לתורה פרשת שלח לך אחרי זכרו קשית בעלי התוס׳ פ׳ כנ״ על האומר דבכתב עברי לבתאה נתנה תורה ממאמ׳ מם״ וסמך בלוחות וכו׳· כתב וז״ל חוץ מכבודם כבר תירץ הר״ם ז״ל את זה באמרו שהכונה היא על ספר התורה שכתב משה ונתן לישראל שהם כתבוהו לעצמם בלשון העברי למען לא ישתמשו בכתב הקדש ולשון הקדש עכ״ גם הרב ן׳ חביב זכר כזאת פ״ק דמגלה בשם הריטב״א. *Sapiens Aben-Sohiph commentario ſuo in legem ad Paraſcham* שלח לך *poſtquam*

commemorauit dubia, & difficultates autorum, qui additamenta fecerunt Talmudi sectione 23. in eum qui dixerat scriptura Hebraica Libonæa datam fuisse legem ex eo quod dictum erat, Mem & Samech quæ sunt in tabulis, &c. Scribit, & hæc sunt ipsius verba, Pace ipsorum dixerim, iam soluit hoc R. Moses felicis memoriæ, cùm dixit hoc intelligendum esse de libro legis quem scripsit Moses, & dedit Israelitis describendum lingua Hebræa, vt non vterentur scriptura sancta & lingua sancta, hactenus ille. Rabi etiã Aben Chavif, meminit eiusdem rei in sectionem primam Megillæ ex sententia Ritbæ.

Eadem est R. Azariæ sententia hominis Iudæi, sed in lectione librorum Christianorum & Ethnicorum quos passim citat, non mediocriter versati. Tandem, inquit, consideratis ijs quæ dicuntur, & præcipiuntur de Thephillin & Mezuzoth, quæ scriptura tantum Assyriaca scribi debent, ijs quæ sollicitè explicantur de virgulis & apiculis literarum quibus cum

pinguntur, hisque omnibus quæ diximus, & quæ non diximus, יביא אותנו להכריע באמת ובתמים שהלוחות והתורה לא בכתב אחר כי אם באשורי נתנו׳ *Hæc inducunt nos vt inclinemur, & æstimemus cum veritate & sinceritate tabulas legis non alia scriptura datas fuisse quã Assyria.* Eadem est opinio Rabinorum Saziræ & Haï, quorum verba fusè refert R. Moses Alascar, Responsionum suarum capite 74. Quibus addere possumus Ephodæum in libro quindecim modorum, quibus vtiliter iuuatur memoria legem discentis, præfatione in modum nonum.

De sententia secunda satis mihi multa verba fecisse videor: tertiam quæ quorundam Iudæorum est vno verbo absoluemus, ne minutulis in rebus λεπτὴν φροντίδα impendisse iudicemur. Tertia autem longè secundâ liberalior est, libros enim omnes sacros, etiam à plebe, Assyrio charactere scriptos fuisse affirmat; Hebræo verò charactere seu Samaritano, cætera omnia. Sententiam istam tuetur Obadias à Bartenora cõmen- V

tario in librum Mischnajoth, tractatus ידים, sect. 4. num. 5. nonnulla illius verba supra retulimus, sic se explicat, כתב עברי הכתב שבא מעבר הנהר והכותיים שהם השומרונים כותבים בו עד היום וישראל היו משתמשים באתו כתב בדברי חול ומטבעות של כסף נמצאות בידנו היום שהיו מזמן מלכי ישראל ומפותחות באותו כתב אבל הכתב שאנו כותבים בו ספרים היום כתב אשורי הוא נקרא והוא הכתב שהיה בלוחות ונקרא אשורי שהוא המאושר שבכתיבות לשון באשרי אשרוני בנות׳ עכ״. *Scriptura Hebraica ea est quæ venit è regione trans fluuiali: Cuthæi autem qui sunt Samaritani eam scribunt vsque in hãc diem. Jsraelitæ autem vtebantur ista scriptura in rebus prophanis & moneta argentea, quæ nunc hodie reperitur, in manibus nostris, quæ percussa est tempore regum Israel, & signata eadem scriptura. Scriptura autem qua nos scribimus hodie libros, scriptura Assyria vocatur, estque scriptura tabularum: vocatur autem Assyria quod felix sit & pulchra, eadem significatione qua diciturGen. 30. propter beatitatem meam beatam me dicent filiæ.* Hactenus verba eius.

Citat Moses Alascar responsionum cap. 74. sub compendio הכבם Rabinum Hispanum, cuius verba manifestè eandem sententiam continent. Idem opinatur R. Iehuda Muscato libri Cozri Commentator in caput 68. sermonis secundi, nonnullique alij Iudæi recentiores, quorum cordi dolet gentem sibi infestissimam Mosaicos, & diuinos characteres solam retinuisse.

Exponitur quorundam Talmudistarum sententia, qui Characterem sacrum inuariatum fuisse asserunt.

CAPVT VI.

I. *Ager sterilis minimè serendus.* II. *Ridiculæ quorundam Talmudistarum rationes quibus inuariatam scripturam permansisse probant.* III. *Obiectionis è scriptura Angeli quadruplicem dant solutionem.* IV. *Gematriam Talmudistæ alia significatione sumunt, quàm Neoterici Cabbalistæ.*

IN re tam seria à Talmudicis Rabinis nō dissentirent Iudæi, nisi Talmudici ipsi discordes essent, varijque in varias irent sententias. Diuersitatem istam explicare, diu-

tiúſque huic inſiſtere, quàm plurimis quibus vniuerſum hoc ſtudiorum genus minimè ſapit, inutile videbitur, aut ſaltem in tenui labor eſſe. Non equidem ſum neſcius
1 interdicti Platonici, *στεῖρον ἀγρὸν μὴ σπείρειν*, in agro ſterili non eſſe ſerendum; neque animaduerſionis R. Akibæ in fruſtra laborãtem, צללת במים אדירים והעלית חרס בידך, *teipſum demerſiſti in validas aquas, & eduxiſti teſtam in manu tua.* Verùm quãquam iſtiuſmodi laboris apud omnes tenuis ſit gloria, tãtúmque hominum maxima pars his ſtudijs incumbendum eſſe exiſtimet, quantùm ſufficit vt ijs malè vtendo gnauiter erretur, non omnibus tamẽ quæ vltra ſunt perſequi opus erit ingratum. Propoſitum verò noſtrum qui his ſtudijs attendimus, vt illorum acceſſione magis ſeria iuuentur, & effloreant, quique illis ſucciſiua ſolùm tempora conſecramus ne nobis pereãt, improbabit, opinor, nemo; cum maximè in materia ſeria & nobili verſemur, eámque hoc capite oblectationis ergo tractaturi ſimus. Rationes

enim ſententiæ ſuæ reddunt Talmudici adeò joculares, vt animi oblectandi cauſa non inficetè referri & enarrari poſſint. Nõnulla quoque addemus, quæ animum non modò recreare, ſed etiam paſcere valeant.

Explicata & probata ſententia de litera- 41
rum per Eſdram mutatione, quæ multorum fuit Rabinorum, alius diuerſum à cæteris ſentiens ſtatim ſubiungit, תניא ר׳ אומ׳ בכתב זה ניתנה תורה לישראל כיון שחטאו נהפך להן לרועץ כיון שהזרו בהן החזירו להן שנ׳ שובו לביצרון אסירי התקוה גם היום מגיד משנה אשיב לך למה נקרא שמ׳ אשורית שמאושרת בכתב ר׳ שמעון בן אלעזר אומ׳ משום ר׳ אליעזר בן פרטא שאמר משום רבי אלעזר המורעי כתב זה לא נשתנה כל עיקר שנאמר ווי העמודים ואומר ואל היהודים ככתבם וכלשונם מה לשונם לא נשתנה אף כתב לא נשתנה׃ *Docuit Rabinus dicens, in ſcriptura iſta* (Aſſyria de qua proximè verba facta ſunt) *data eſt lex Jſraeli. Cũ autem peccauerunt, mutata eſt eis in hoſtem, conuerſis verò reſtituta eſt, ſicut dicitur* (Zachariæ 9.verſ.12.) *conuertimini ad munitionem vincti ſpei, hodie quoque annuntians du-*

plicia reddam tibi. Quare vocata est Assyria? quia fœlix & ornata est inter scripturas. R. Simeon filius Eleazari, dixit nomine Eliezeris filij Partæ, qui loquebatur nomine Eleazari, Notum est quod scriptura ista nullomodo mutata est, sicut dicitur (Exodi 27. v. 10. 11. & alibi.) *Vncini columnarum, & addidit, Iudæis quoque hoc adhuc perseuerat secundum scripturam & linguam eorum. Quomodo igitur lingua eorum mutata non est, sic etiam scriptura eorum mutata non est.* Acuminis Talmudici acies retegenda est: ita enim subtilis est, vt sine monitore vix perspici possit.

Primum argumentum innititur verbo Hebræo quod S. Hieronymus vertit *duplicia* משנה, quod etiam exemplar ab Originali libro descriptum significat. Hinc concludit post Iudæorum à peccatis conuersionem legis exemplar, cuius obliti fuerãt, redditum iri. Si quis cachinno bilem purgare velit, versum antecedentem & consequentem legat. Acies secundi argumenti adhuc hebetior

hebetior est: Scripturæ enim sensus est pluribus in locis columnas tabernaculi vncinos habuisse quibus aulæa, cæteráque eiusmodi appenderentur; ideo ווי *vncini* constructum est, genitiuumque regit. Absolutum habetur Exodi 38. v. 28. עשה ווים לעמודים *fecit vncinos columnis*. Sed alibi constructè legitur, *vncini columnarum*. Doctores isti Talmudici, repugnante sensu, indignante Grammatica, interpretantur ista, quasi per appositionem dicta forent, *vncini columnæ*. Vnde concludunt literam vau, quæ vncinum significat, tum temporis non secus ac nunc, columnæ similem fuisse: literas proinde suas, eas esse quibus Moses legem è monte Sinai tulit. Eadem argumenta in Talmude Hierosolymitano referuntur, tract. Megilla sect. 1. Verùm relictis his nugis, si quis circa literarum figuram philosophari velit, ad vncini figuram lõgè propiùs accedit vau Samaritanum quã Iudaicum; & inter literas Iudaicas Resch, & daleth propiùs quam ipsum vau. Vau enim litera

Iudaica clauus est non vncus: Samaritana verò iuxta omniũ figuras vncus semper est, paulò magis vel minus pãdus aut recuruus.

Postquam R. Simeon ea quæ interpretati sumus pronuntiauit, nonnulla inseruntur de duobus exẽplaribus legis, quorum vnũ semper secum gestare Rex tenebatur; deinde aduersus Simeonis sententiam obiectio proponitur, & quadrupliciter soluitur,
לר' שמעון דאמר כתב זה לא נשתנה מאי לא כהלין
כתבא למיקרי אמר רב בגימטריא איכתב להון יטת
יטת אדך פוגחמט מאי פריש להון מנא מנא תקל ופרסין
מנא מנא אלהא מלכותך והשלמ' לך תקיל תקילת
במאזניא והשכחת חסר פורסין פריסת מלכותך יהיבית
למדי ופרס ושמואל אמר ממתום ננקפי אאלרן ור' יוחנן
אמ' אנם אנם לקת ניסרפו רב אשי אמר נמא נמא קתל
III פורסין. *Aduersus R. Simeonem, qui dixit scripturam istam non esse immutatam, quid est* (quod scribitur Danielis 5. vers. 8.) *non poterant scripturam legere? Respondit Rab, per Gematriam scriptum erat eis, Iateth, Iateth, Adec, phugchamet. Quæ est istorum interpretatio? Mene, Mene, Thekel vpharsin. Me-*

ne, numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud tibi. Thekel, appensus es in statera, & inuentus es deficiens. Phursin, diuisum est regnum tuum, datum est Medis & Persis. Samuel autem dixit, Mamtom, Nankephi, Aalran: Rabi quoque Iochanan dixit, Anã, Anam, Lakath, Nisrephu. R. Ase dixit, Nema, Nema, Ketal, Phursin. Hæc sanè cõmentario egent. Obiectionis fundamentum est: Si litera per Angelum mutata non est, quamobrem qui adstabant, eam legere non potuerunt? tum enim multos Iudæos adfuisse credibile est: erãt enim Assyriorum serui, totáque natio Babylonem migrauerat: Deinde Chaldæis, qui ad interpretationem scripturæ istius conuocati fuerant, à Iudæis facilè erat discere quidnam sibi vellet ista scriptura. Huic obiectioni supra ridiculè occursum fuerat, scripturæ suæ propter peccata oblitos fuisse Iudæos, in memoriam postea conuersione facta redijsse.

Alia methodo solutionẽ tentant Rabini quatuor. Per Gematriã, inquiunt, hæc erant IV

ſcripta, Gematriam vocant, quam Cabbaliſtæ nunc צרוף ותמורת אותיות, *literarum combinationem & permutationẽ* appellãt: Quãquam tres poſteriores Gematriæ iſtius ſpecies adeo ſint ridiculæ, vt à Cabbaliſtis negligãtur. Iſtorum autem vnuſquiſque combinationem marte ſuo componit: vnamquamque ſigillatim explicabimus. Prima facta eſt per literarum permutationem quã vocãt Athbas, cuius hæc eſt ratio; Vltima litera ſumitur pro prima; penultima pro 2. 20. pro 3. 19. pro 4. 18. pro 5. & ſic de cæteris: atque inde nominatur Athbas, אתבש, Tau ſcilicet pro aleph, ſchin pro beth. Hoc modo permutatæ literæ harum dictionum, מנא מנא, תקל ופרסין, *Mene, mene, thekel, vpharſin*, iſtas componunt יטת יטת ארך פוגחמט, *Jateth, Jateth, Adec, pugchamet*. Rab igitur ignorationis Chaldæorum cauſam in hanc literarum permutationem refert. Gloſſa Salomonis Iarki permutationis ſpeciem iſtam breuiter explicat, ſed quæ ſequuntur, prætermiſit.

R. Samuel alio modo Angelũ scripturæ suæ sensum occultasse existimat, dictionem longam ופרסין in duas diuisisse ופר סין, vt dictiones omnes trisyllabæ essent; deinde omnes primas literas harum dictionum מנא מנא תקל ופר סין, in vnam dictionem coniunxisse ממתוס, *mamtus*, samech in fine legendum, non mem vt in textu Talmudico scribitur. Posteà omnes secundas ex quibus coalescit vox ננקפי *nankephi*. Denique omnes vltimas quæ dictionem אאלרן *aalran* componunt. Iochanan aliam ignorationis causam fingit, Angelũ scilicet literas vniuscuiusque dictionis contrario modo scripsisse, vnde emerserunt hæ dictiones אנם אנם לקת ניסרפו, *Anam, anam, lachath, nisrephu*. R. Ase ne socijs acumine cedat, aliter literas inuertit, vt nouas dictiones barbarè componat: Mediam literam primo loco collocat, primam secundo, tertia sedem retinet. In dictione ופרסין nihil mouet præter vau, quam loco secundo donat. Inde consurgũt נמא נמא קתל פורסין, *Nema, nema, kethal, Phur-*

sin. Omnes autem dictiones istæ dant sine mente sonum. Hæ sunt bellissimæ Rabinorum istorum rationes, quibus explicant scripturam suam inuariatam permansisse.

Cabbalisticæ sacri textus interpretationis prima species explicatur & illustratur.

CAPVT VII.

I. *Ægyptiacorum templorum descriptio.* II. *Mysteriorum Cabbalæ inanitas.* III. *Tres Cabbalæ partes.* IV. *Permutationis literarum prima species exemplis illustratur.* V. *Hinc probatur attributa negatiua verè Deo competere.* VI. *Quis Angelus Mitatron, & quomodo nomen Dei in illo.* VII. *Varia & subtiles literarum Beresith permutationes.* VIII. *Quare Christus asinum ascendit.* IX. *Secunda permutationis species explicatur.* X. *Explicatio magni Alphabeti Cabbalistici.* XI. *Testimonium à S. Hieronymo habet.* XII. *Quo tempore circa literas philosophari cœperunt Iudæi.* XIII. *Ista literarum permutatione textus sacer totus peruerti posset.* XIV. *Breuis explicatio Alphabeti Cabb. Atbach.*

I AEgyptiorum tẽplis nihil erat quod hominum opinionem magis falleret: vestibulum magnificẽtissimum, superba totius ædificij facies, aurea laquearia, parietes marmoreis incrustationibus insignes, pauimentum vermiculato emblemate va-

riegatum, penetralia aulæis phrygionicis
ornata, auro gemmisque coruscantia. Verũ
tam splendidis ædificijs quid recõdebatur?
fœtida & exucca vituli aut felis ossa, vanis-
sima cæpe, aut pori foliola, vilissimæ herbi-
cularum radiculæ. Idem sanè de mystica
Cabbalistarum doctrina dicendum mihi
videtur. Montes aureos ostentant, atque
ἐπαύλια δῶρα pollicentur; nihil non sapien-
tiâ suâ sese præstituros asseuerant. Sed cum 11
ad hypothesin deuentum est, puerilia, in-
fantilia, ridicula fere omnia deprehendun-
tur; ἐν τῇ φακῇ μύρον, ingentibus operis ab
otiosis hominibus lenti, vt est in prouerbio,
vnguentum effusum. Si enim nonnulla quæ
de decem Sephiroth differunt, excipias,
omnia propè sunt inanissima, pleraque ri-
dicula, paucissima argutula. Ea autem quæ
de decem Sephiroth non inutiliter disserũt,
nihil aliud sunt quàm præludia eorum quæ
de Deo, & eius attributis, Adolescentibus
in limine Theologiæ prælegúntur. Deliria
verò sua Philosophicis & Theologicis ra-

tiunculis aspergunt, vt suis omnis literaturæ ignaris ea venditare possint.

Diu est cum inanis istius studij jacta sunt fundaměta. Talmudicos Rabinos, qui omnes ante mille & centum annos vixerunt, legimus capite præcedenti huic studio otij sui nonnihil impendisse. Verùm in literarum notis & inuolucris apud omnes nationes vulgatis substiterunt: nihildum de istis nænijs philosophica speculatione incrustādis cogitabant. Nec tamen ipsi per notas & inuolucra sua neotericis Iudæorum commentationibus occasionem primi dederűt: altiùs arcessenda sunt horum figmentorum primordia. Itaque relictis omnibus quæ de doctrina Sephirotica tradunt, vt apud omnes Philosophos & Theologos, si artificiales istorum terminos commutes, & cum literis suis applicationē dissoluas, vulgatissimis, ordine cætera pandemus. Nihil autem Christianis vulgare sonamus. Duo aut tres tantùm Cabbalistica tetigerunt. Reuchlinus solus paucissima ex instituto nostro delibauit;

libauit; alij Sephiroticis terminis immorientes operam luſerunt. Nos ex pauciſſimis pauciſſima, quæ acumine placent, ſeligemus; cætera de Iudæorum fontibus hauriemus. Ea autem prodemus quæ ſalis aliquid habent, innumera inſulſorum multitudine dimiſſa. Idem enim Cabbaliſtis accidit, quod Empiricis, qui à ſcopo non adeo conſtanter aberrant, quin caſu & proſperitate fortunæ illum nõnunquam attingant. A propoſito autem non omnino digredimur, quæ enim ſcribimus, & dicta & dicenda nobis, illuſtrant. Hûc accedit quod rei nouæ & famâ tantùm cognitæ, quam niſi monitus non aduerteres, Nuntius quiuis & Interpres auditoris attentionem ab ipſo limine ſibi conciliat. Hoc & materiæ noſtræ efflagitat inſolentia, & à lectore ſperamus.

Tres ſunt iſtius ſcientiæ partes, quas his III
nominibus inſigniunt תמורה *permutatio*, נוטריקון, *Notaricū*, & גימטריא, *Gematria*, per quam Arithmeticam literarum æſtimationem intelligunt. R. Ioſeph Bar-Abraham.

Autor libri גנת אגוז ita Cabbalam diuidit, quod ex ipſo limine libri ſignificari voluit: גנת enim componitur ex primis literis trium iſtarum partium: Itaque גֿנֿתֿ Notaricè, ſeu per literarum compendia, omnes Cabbalæ partes notat; hinc Cabbaliſtico libro ſuo titulum fecit, *hortum nucum*, quem Iudaico more ex Cantic. c. 6. verſ. 10. deſumpſit, *deſcendi in hortum nucum, &c.* Ab ea quam primam numerauimus, initium faciemus.

Permutationis duæ ſunt ſpecies, prima
eſt, quum vnius nominis literæ ſibiinuicem
permutatæ aliquid aliud ſignificant, verbi
IV causa, pſalm. 21. *in virtute tua lætabitur rex,*
hæc de Meſſia dictum probant, eo quod
ישמח *lætabitur* permutatum משיח *Meſſiam*
faciat. Eſaiæ 46. verſ. 26. מי אלה ברא, *quis*
creauit iſta? permutatio אלהים ברא, *Deus*
creauit, à nobis ipſis creati non ſumus, vt
Kimhi pluribus explicat. Interrogatio virtute ſua reſponſum continet. Deus dicitur
אל *fortis*, permutatione fit לא, *nō:* Deus enim
eſt non ens, vt docet myſtici omnes Theo-

logi propter infinitam naturæ suæ super res omnes eminentiam. Ita Deus à S. Dionysio nominum diuinorum cap. 1. dicitur expressiùs quàm Latinè exprimi possit, νοῦς ἀνόητος, ἀλογία, καὶ ἀνοησία, καὶ ἀνωνυμία, αἴτιος μὲν ὢν τοῦ εἶναι πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μὴ ὄν, ὡς πάσης οὐσίας ἐπέκεινα, *Mens amẽs, irrationalitas & amentia, & innominatio: causa quidẽ omnibus existentia, ipse verò non existens, cùm sit vltra & supra omnem substantiam & existẽtiam.* Hæc ibidem fusiùs, sed præcipuè in libello de mystica Theologia, vbi contendit Deum nosse, διὰ τῆς πάντων τῶν ὄντων ἀφαιρέσεως, τοῦτο εἶναι τὸ ὄντως ἰδεῖν καὶ γνῶναι, *per omnium existẽtium abstractionem & negationem, eam demum esse veram Dei visionem & cognitionem*; Non secus ac sola incisione sculptores ex informi marmore elegantem statuam eliciunt. Pulcherrimam istam doctrinam eruditè admodum explicant Ioseph Albo serm. 2. l. עקרים, cap. 21. 22. 23. & Moses Ægyptius More Nebochim, seu Doctoris Perplexorũ parte prima c. 58. & sequentibus, quæ commentarij vicem in

verba S. Dionyſij gerere poſſunt. Quanquã autẽ pauciſſimi ex libris Rabinicis frugem facere poſſint, poſteriori tamen quilibet vti poteſt, cùm opera Ioannis Buxtorfij ita Latinè nuper prodierit, vt Rabinicæ dialecti tyronibus & emeritis vſui poſſit eſſe maximo.

Iſraelitico populo dicitur Exodi 23. v. 23. præcedet te מלאכי *Angelus meus*. Colligũt S. Michaelem populi cuſtodem fuiſſe ex literarum permutatione, qua מיכאל Michael conſurgit. Moſen Bar-Nachman iſtius interpretationis autorem citat Reuchlinus: Verùm exponit ille Angelum Cabbaliſticum מטטרון, eo quod dicitur in textu nomen Dei eſſe in illo. Mitatron enim Angelorum Cabbaliſticorũ primus eſt, cœlúmque Empyreum regit. Multa de iſto fictitio Angelo nugantur. Nomen autem Dei eſſe in illo dicitur, eo quod מטטרון *Mitatron* Gematricè שדי *ſaddai* nomini Dei æquiualeat, ex vtroque enim 314. conficiuntur, vt notat Elias Leuita in Thiſbi. Ita quoque in

hunc locum Salomon Iarki, commẽtatur. Verùm Aben-Esra Michaelem interpretatur, argumentis non è Cabbala, sed ex scriptura ductis, refutatque quorundam sententiam qui per Angelum istum librum legis, & aliorum qui arcam fœderis intelligebant. Aliunde igitur vir ille doctus hoc desũpsit: sed quidquid sit, vera est permutatio.

R. Iacob autor Hatturim qui totus Cab- VII
balisticus est, commentans primam vocem Geneseos, in omnes partes illam versat & torquet, & non inficetè. Iudaicum acumen Christianis non est omnino inutile: ipsius verba referam, בראשית אותיות בית ראש כלומר בית המקדש ראשון שנאמר כסא כבוד מרום מראשון מקום מקדשנו דבר אחר אותיות א׳ בתשרי נברא העולם׃ דא״א ברא שתי שברא שתי תורות׃ דא״א ירא שבת לומר לך שבזכות שבת נברא העולם׃ דא״א ברית אש שבזכות הברית שהיא המילה ובזכות האש שהיא התורה ניבוני׳ מרינה של גיהנם׃ *Literæ Beresith* בית ראש, *caput sive principium domus significant, quasi diceret, domus Sanctuarÿ primi: sicut dicitur* (Ierem. 17. vers. 12.) *solium gloriæ altitudinis à*

principio, locus ſanctificationis noſtræ. Alio modo literæ iſtæ intelligi poſſunt (aliter ſcilicet diſpoſitæ) א׳ בתשרי *in primo mẽſe Tiſri creatus eſt mundus. Aliter* ברא שתי *duas creauit: quia creauit duas leges*, ſcriptam & oralem. *Aliter* ירא שבת *coluit Sabbatum, veluti diceret quòd propter meritum & honorem Sabbati creatus eſt mundus. Aliter* ברית אש, *fœdus ignis, quia propter fœdus quod eſt circũciſio, & propter ignem quod eſt lex, facta eſt Gehenna.* Aliam addit iſtius dictionis diuiſionem minus efficacẽ בראת יש *in viſione ſunt* quia, inquit, ſecula ab omnibus iuſtis conſpiciuntur, præſens, intellige & futurum.

Autor libri qui inſcribitur אבקת רוכל *puluis pigmentarij* ad finem libri tertij nonnulla colligit eiuſmodi Cabbaliſtica. Notat idẽ eſſe אליכם *ad vos*, quod מיכאל *Michael*, ſatis appoſitè, Michael enim populo Dei præpoſitus eſt. Notat præterea נראה, *viſus eſt, apparuit*, idem eſſe cum אהרן, *Aaron*, quod etiã Gematricè verum eſt. Gematria enim cum hac permutationis ſpecie ſemper con-

currit. Tisri mensem esse primum probant Cabbalistæ cõsimili argumẽto, תשרי, *Tisri* enim permutatum est ראשית *principium*. Sic חמר *Asinus*, vt notat Archangelus, permutatum facit רחם *clementiam, misericordiam*. VIII
Vnde, inquit, Christus Asinam ascendit vt sese misericordem demonstraret: quod cõsentit verbis Euangelicis, *Ecce rex tuus mãsuetus, &c.* Originem huic permutationi dedit libellus יצירה seu creationis, cum capite tertio in Notaricum אמ״ש philosophatur, quo contendit significari אויר, מים, אש, *aërem, aquam, & ignem*, ex quibus omnia componuntur; ideo perpetuò tres illas literas, tres matres vocat. Illas autem ita componit, vt vnaquæque regnet, id est, combinationem incipiat, vt explicant Interpretes, vnde sex nomina diuersa oriuntur. R. Saadias in fine commentarij in tertium caput ista sic enumerat, אמש׳ אשם׳ מאש׳ משא׳ שמא׳ שאם, vniuscuiusque cõiugationis priorem vocat marem, posteriorem fœminam. Ait enim liber Ietsira, זכר באמ״ש נקבה באש״ם

mas in Emes, fœmina in Asam. Duplicem esse docet creaturarum virtutem, masculam & fœmineam: masculam in *Emes*, hoc est, in aëre, aqua, & igne creatam esse; fœmineã in Asam, hoc est, in aëre, igne, & aqua, videsis R. Eliezeris in singula ista deliramenta breues commentarios, nam cæteris pressiùs ista explicat.

IX Secunda permutationis Cabbalisticæ species est literarũ Alphabeti permutatio. Est enim Cabbalistarum axioma Alphabetum esse הגלגל חוזר פנים ואחור, *circulũ voluentem se ante & retrò*, vt ait Autor Ietsiræ c. 2. & post ipsum omnes Cabbalistæ. Permutatur enim Aleph cum omnibus literis, & omnes literæ cum Aleph: vnde fit vt in magno illo Alphabeto 242. portæ sint, seu צירופים Coniugationes; series scilicet 22. & in vnaquaque serie vndecim paria, seu Coniugationes, quæ literas omnes continent. Ipsi tamen seriem vnam tollunt, portasque tantum 231. numerant, qua arte hoc fiat fusè

X docet Moses Botrel in cap. 2. libri Ietsira, quem

quem huiuſce rei ſtudioſus conſulere poterit. Alphabetum eiuſmodi deſcripſit eodem in loco idem autor, & Reuchlinus Cabbalæ libro tertio. Seriem 23. addunt Neoterici quam אלבם *Albam*, à primis literis vocant. Per iſtam ſeriem Salomõ Iarki, & D. Kimhi, Eſaiæ 7. verſ. 6. interpretantur Tabeel Romeliam. Sed iſtius Seriei combinationes omnes in præcedentibus continentur. Si autẽ ſeriebus 22. alias iuuat addere, infinitus ferè erit ordinum progreſſus, vt Arithmeticæ tyronibus notum eſt.

Iſtius permutationis veſtigium in ſcriptura ſacra ſaltem iuxta S. Hieronymum deprehenditur Hierem. c. 25. v. 26. *Et Rex Seſac bibet poſt eos*. Per Seſac enim intelligit literarum permutatione Regem Babel: Ita S.
Hieronymus in hunc locum, *Sicut apud nos* XI
Græcum Alphabetum vſque ad nouiſsimam literam per ordinem legitur, hoc eſt, α, ϐ, &c. vſque ad ω: rurſumque propter memoriam paruulorum ſolemus lectionis ordinem inuertere, & primis extrema miſcere, vt dicamus

α ω, β ψ, Sic apud Hebræos primum est א, 2. ב, 3. ג, *vsque ad extremam literam* ת, *cui penultima est* ש, *legimus itaque* את בש, *Et bas. Cúmque venerimus ad medium,* ל *literæ occurrit:* כ *Et vt si rectè legatur, legimus Babel; ita ordine commutato legimus Sesach.* Sententia S. Hieronymi postremæ seriei Alphabeti Cabbalistici innititur; itaque vt illam rectè intelligas, seriem illam à Cabbalistis repetemus.

את׳ בש׳ גר׳ דק׳ הץ׳ וף׳ זע׳ חס׳ טן׳ ים׳ כל׳

Duo illa nomina de quibus agit S. Hieronymus ita Hebraicè scribuntur בבל, *Babel,* ששך, *Sesach,* vides beth pro schin bis sumi, & caph pro lamed. Hæc permutatio apud Iudæos celebris est, vulgarique nomine ab ipsis אתבש *Athbas* vocatur. Chaldaica paraphrasis & Rabinorum glossæ, Salomonis, Kimhi, & aliorum in hunc locum *regem Sesach,* interpretantur *regem Babel*, Sesach scilicet per Athbas explicato. Incisũ istud non habent 70. neque habebant tempore S. Hieronymi Latina exemplaria. Ratio

iſtius permutationis parum firma mihi videtur, ne ſcilicet euulgato Babelis nomine in Prophetam excandeſcerent Babylonij; Nam ſæpiùs idem Propheta longè deteriora Babylonijs diſertiſſimè prædicit.

Alter locus refertur eiuſdem Prophetæ, cap. 51. verſ. 1. quem Rabini Salomon & Kimhi, conſimiliter per Athbas interpretantur, *Suſcitabo ſuper Babylonem, & ſuper habitatores eius, qui cor ſuum leuauerunt cõtra me, quaſi ventum peſtilentem.* Hæc verba לב קמי quæ aliàs ſignificant, *cor leuantes*, per iſtam literarum permutationem כשרים Chaldæi explicantur. 70 Interpretes Chaldæos interpretati ſunt: ſed ſimpliciter כשרים eos legiſſe exiſtimo, textúmque quo vſi sũt לב קמי non habuiſſe: quæ enim mentis occultandæ cauſa ſubeſſe poterat, quæ per totum caput tam clarè, & luculenter apparet? Thargum Ionathan Chaldæos quidem addit, verùm periphraſticè, nã ſtatim poſteà לב קמי interpretatur, *quorum cor eleuatũ eſt.* Symmachus & Aquila, nullum myſterium

ſuſpicati ſunt; hic enim vertit *cor excitantes*, ille vocem Hebraicam retinuit *leccabe*, vel potius *lebcame*. Ita nomẽ tetragrammaton יהוה, per Athbas efformant מצפץ *Maſpas*, nomen apud eos celebre. Ita quoque Angelorum neſcio quot nomina fingunt.

Iſtius delirij fundamentum libellus eſt יצירה, ſeu de creatione, quem Iudæorum vulgus Abrahamo Patriarchæ vẽdicat. Libellus ille totus eſt ænigmaticus à rudi Philoſophaſtro, vt opinor, circa vel paulò poſt Maſoretharum tempora compoſitus. Tum enim, hoc eſt, poſt compilatum Talmud, & Orientem ab Iſmaelitis deuictum, voces biblicas recenſere, numerare, interpungere, circa puncta, literas, literarúmque numeros apices, & figuras philoſophari cœperunt. Hinc libri Zohar, Bahir, & Cabbaliſtæ omnes: Hinc Maſorethæ: hinc denique, ſcholis Iudaicis ab Oriente expulſis, in Europa primùm emerſerunt Grammatici: ſed ad rem. De literarum iſta permutatione ſic c.2. pronuntiat libellus iſte, ביצר שקלן והמירן

א׳ עם כלן וכלן עם א׳· ב׳ עם כלן וכלן עם ב׳·ג׳ עם
כלן וכלן עם ג׳ וכן כלן וכלן חוזרות חלילה נמצאו
יוצאות במאתים וארבעים ואחד שערים נמצאו כל היצור
וכל הדבור יוצא בשם אחד: *Sic ponderant & permutāt aleph cum omnibus, & omnes cum aleph; beth cum omnibus, & omnes cum beth; ghimel cum omnibus, & omnes cum ghimel, & sic de cæteris. Omnes autem redeuntes in orbem confecisse deprehuntur portas 241. deprehenditurque omne creatum, & omne verbum vnum nomen conficere.* Nomen illud vnum interpretatur Abraham Ben-Dior, nomen tetragrammaton, cuius, inquit, literæ cum singulis portarum literis 63418. vicibus comparari possunt. Cuius numeri arcana videsis in Mosis Botrelli cõmentario. Execrandum sanè axioma: Nihil enim ab homine fingi potuit ad peruertendam scripturam efficacius, ad omnia animi idola cõfirmanda detestabilius. Nam si vna littera vicem gerit omnium, & omnes vnius vicẽ, nullum est nomen tam sacrosanctum, quod statim in horrendam abominationem non

conuertatur. Tantùm nefas exemplo non
XIII juuat experiri. Frustra R. Moses Botrel exẽ-
plis è scriptura petitis hoc cõfirmare nititur.
Eodem, inquit, sensu dicuntur עלז· עלס·ועלץ,
exultauit, Sic Leuit. 8. 32. הנותר בבשר ובלחם,
reliquum in carne & in pane, pro מבשר ומלחם
ex carne & ex pane, sic אבחת cũ cheth, quod
gladium significat, pro אבעת, ex בעתה factũ
cum prostesi ꝰ aleph, vt in voce אזרוע. Sed
vt nemo nõ videt, hæc est, plusquam δὶς διὰ
πασῶν differentium comparatio.

XIV Libellus Ietsira circa 22. literas tantùm
philosophatus est, quas in tres classes distin-
guit, in tres matres אמש, septem duplices,
בגד כפרת, & duodecim simplices, הוז· חטי· לן,
סע· צק, quarum affectiones pueriliter admo-
dum persequitur, vt cuiuis Arithmeticæ, &
Philosophiæ Tyroni manifestũ est. Literas
finales מנצפך præterijt; quia, inquit, Moses
Botrel, iuxta censum Sanctuarij non repu-
tantur, vnde ab antiquis effluentes dictas
esse existimat. Verùm illas sibi effluere Po-
steriores passi nõ sunt. Alphabetũ igitur 27.

literarum in tres ſeries diuidunt, quarũ prima ex literis deſcribitur, quæ binæ denariũ componunt: ſecunda ex ijs quæ binæ Centenarium; tertia ex ijs quæ binæ millenariũ. Hoc diagrãmate tres ſuperſunt ἄζυγες, הנך, Ne verò diu cœlibes viuant ה cũ נ maritãt; ſed τῷ ך nõ inuenitur adiutor; ita enim exigit numeri 27. imparis ratio. Alphabetum eiuſmodi vocant, אטבח Atbach, à duabus primis cõiugationibus. Talmudiſtas ad hoc Alphabetũ reſpexiſſe, tract. Suca c. 5. cum מנון interpretati ſunt per סהדה *teſtimonium*, vult Aruch: Ipſius verba referemus, vt res tota clariùs explicetur; ab ipſo enim quæ dicta sũt, hauſimus. Ita igitur in voce אטבח, ſcribit לאטבח קורין לסהדא מנון בריש גמרא דהחליל חמשה פירוש כנון את בש כן אט בח נז דו יצ כפ לע מס קץ רף שן תם כת ראשונה י״ כת שנייה מאה מאה כת שלישית אלף אלף נשארו הנך שאין להן זוגות סהדה בח״ במקום סמ״ במקום שני ה׳ שני נתין במקום דו״. *Per Atbach vocant* סהדה *teſtimoniũ* מנון *initio Ghemaræ* דהחליל, *quod interpretari oportet, ſicut Athbas hoc modo* (ſequitur tripertitũ diagrãma)

אט בח גז דו, *prior ista series denarios continet:* יצ כפ לע מס, *secunda centenarios,* קץ רף שן תם, *tertia millenarios. Supersunt* הנך *sine pari· autē sic permutatur cū* סהרה ex diagrāmate, *Samech pro Mem, duæ He pro duabus Nun, Dalet pro Vau.* S. Hieronymus מנון interpretatur *contumacem* : eodem prorsus sensu explicant R. Salomon Iarki, & Leui Ben-Gersom, à quibus nihil dissentiens refert Aben-Esdra, nec vllam de Cabbalistico mysterio mentionem faciunt.

Cabbalisticæ sacri textus interpretationis secunda species explicatur & illustratur.

CAPVT VIII.

I. *Homines noua magis quàm magna mirantur.* II. *Explicatur quid sit Rabinis Notaricon.* III. *Exempla Notaricōn ex Rasche thebot, seu initialibus literis.* IV. *Ex Sophe thebot, seu finalibus literis.* V. *Notaricè subtiliter probatur principium verborum Dei esse veritatem.* VI. *Quomodo concludatur Deo veritatem rectè attribui.* VII. *Veritatē esse constantē, mēdacium nutare.* VIII. *Quare lex incipit à beth, & finit per lamed.* IX. *Quare incipit à secunda litera non à prima.*

1 HOminibus naturale est noua magis, quàm magna mirari. Minimis rebus admira-

admirationem nouitas inducit, maximis consuetudo subducit. Rerum minimarum insolitæ si prodeant, spectaculum dulce est; Maximarum solitæ si decurrant, nullus est sensus. Solem quis obseruat nisi deficiẽtem, Lunam nisi laborantem? Quid dicam? Assiduitate miracula ipsa vilescunt; parabilia insolentiâ laudantur. Ista quæ in physicis, atque in negotijs humanis contingere solent, in artibus & scientijs quotidie experimur. Eiusmodi sunt ea quæ capite præcedenti tractauimus, & quæ isto tractaturi sumus. Magna non sunt, sed noua. Iudæis arcana sunt, quæ euulgare propè nefas: Mihi verò si ineptissima, quod præstamus, prætereantur, iocularia videntur. Duo igitur quæ hominum animos afficere maximè solent, ad iuuandam scriptiunculam nostram conspirant, nouitas & ludicrum. Quamobrem telam quam exorsi sumus, pertexemus: ne autem in tædiũ ludicra vertantur, omnia breuiter & velut vno fasce complectemur.

Secunda Cabbalisticæ interpretationis

species fit per Notaricon. Definitur autem hæc vox in Aruch , Tsemach Dauid , &
11 Eliæ Thisbite , שכותבין אות אחת שנעשית סימן
לכל דבר, *cùm scribitur litera vna quæ fit signũ totius verbi*. Notaricũ Iudæis dictio est peregrina , à Latinis deriuata, vt fatentur Elias & Tsemach Dauid: Idẽ etiã Rabinis significat, quod Latinis notæ , & literarum compendia, vnde ijs נוטרין , Notarij dicũtur. Per Notaricum Cabbalistæ intelligũt , modum quendam verba scripturæ interpretandi, ita vt vnius dictionis literæ singulæ dictiones integras appositè referant , vel plurium dictionum initiales aut finales literæ simul cõiunctæ, sensum commodum repræsentent. Dictione ista vsus est Eliezer loco superiùs citato ; ea quoque vtuntur Talmudici tractatu de Sabbato, sect.12. Sed per eam simpliciter scribendi notas intelligũt , non mysticas scripturæ explicationes. Cabbalisticam scientiam non condiderunt , illius tamen fundamenta iecerunt. Notaricis suis ineptissima , vt plurimum concludunt Ra-

bini, nos argutula nonnulla ſeligemus, quibus animus lectoris ſi ſolidè non paſcitur, iucundè recreabitur.

Notaricè, primam Geneſis dictionem בראשית, *in principio* ſic interpretantur, בראשונה ראה אלהים שיקבלו ישראל תורה, *In principio vidit Deus quod acciperent Iſraelitæ legem*. Vides omnes huius ſentētiæ dictiones per ordinem incipere à literis, ex quibus cōponitur בראשית. Dei igitur mentem fuiſſe ab ipſo legis limine, quā gratiā Iudæis eſſet collaturus, indicare. Pſal. 45. v. 4. ישבח מעשיך, *laudabit opera tua*, generatio & generatio. Illa duo verba notaricè ſic explicant, ישראל שח בעבור חבלי משיח עד שיקים יי׳ כסאו. *Iſrael opprimetur propter dolores Meſsiæ, donec ſtabiliat Dominus thronum eius*. Gen. 37. verſ. 3. Dicitur Iacob dediſſe Ioſepho filio ſuo tunicam פסים *polymitam*, tunicam iſtam notaricè explicatā futuræ captiuitatis indicē fuiſſe volunt, פוטיפר סוחרים ישמעאלים מדינים, *Putipharo diuendunt Iſmaelitæ Madianitæ*. Nominis נשים, quod mulieres ſignificat, III

hoc eſt Notaricon נר שאור יעשו מאליהן, *lucernam lucentem ex ijs fecerunt*. Notaricon שמע *audi*, שרי מלך עולם, *Deus rex mundi*. Notaricon אמן *Amen*, אל מלך ואמן, *Deus rex verax & fidelis*. Iſta refert autor libri אבקת רוכל ad finem libri tertij. Ex Salomone Iarki hoc Notaricon refert Elias de Nephthali filio Balæ Iacobi Cōcubinæ נתקבלה פה תפלתי לפני יהוה, *accepta eſt hìc oratio mea corā Domino*.

Maccabæorum nomen notum eſt notaricè compoſitum eſſe ex primis literis huius ſententiæ מי כמכה באלים יהוה, *Quis ſicut tu inter fortes, Domine*, quæ habetur Exod. 15. verſ. 11. Aliud fingunt pſalm. 3. *Multi inſurgunt aduersùm me*. Interrogant qui ſunt illi multi? Reſponſum aiunt notaricè in voce *multi* cōtineri, רבים רומיים׳ בבליים׳ יונים׳ מדים, Romanos, ſcilicet, Babylonios, Græcos ſeu Iones, & Medos. Hoc Notaricum è Rabinis notauit Reuchlinus. Bahal Hatturim in Geneſ. 14. Melchiſedecum probat eundem eſſe cū Sem filio Noe, eo quod dicatur Rex Salem מלך שלם, cuius Notaricū eſt שם Sem.

Aliud & pulcherrimum notat Archangelus commentario in propositiones Cabbalisticas Pici Mirandulani, Genes. 49. vers. 10. *Donec veniat Silo & ipsi congregabuntur populi*, Quis ille Silo? explicatur in textu per Notaricum, עד כי יבא שילה ולו יקהת עמים, tres priores literæ יבא שילה ולו simul iunctæ ישו Iesum componunt.

IV A fine nonnunquam Notarica desumũt, quæ סופי תיבות vocant, vt ea quæ à principio ראשי תיבות. Verbi causa, psalm. 1. לא כן רשעים *non sic impij*, literæ finales transpositæ Amē conficiunt; quo consensus indicatur impiorum condemnationi: nam versu præcedenti de iusto dictum fuerat, *omnia quæcunque faciet prosperabuntur*. Notat Bahal Hatturim in Gen. c. 13. cum Lot ab Abrahamo separatur per Notaricon סופי תיבות, literarum finalium compendia, שלום *pacem* colligi, & separati sunt איש מעל אחיו אברם *vir à fratre suo Abram*, vt separationē illā pacis causa factam esse doceatur. De verbo אמת *veritas*, plura dicenda sunt ex eodem commētario:

In ſcriptura dicitur, Principium verborum tuorum veritas: Quæritur nunc quomodo hoc verum ſit, cùm verborum Dei initium ſit, *In principio creauit Deus cœlũ, &c*. Quæſtio iſta per Notaricum finale facilè ſoluitur בראשית ברא אלהים את השמים וגו׳, tres poſtremæ literæ dictionum trium poſt primam quæ *in principio* ſignificat, componunt אמת
v *veritatem*. Vides igitur demonſtratum verborum Dei initium eſſe, *in principio veritas*. Idem concluditur ex tribus primis dictionibus: finales enim literæ ſunt ת, א, ם quæ tranſpoſitæ componũt אמת, *veritatem*. Præter hæc quater in eodem capite idem Notaricon exprimitur ex initijs verſ. 4. 21. 27. 31. quibus omnia Deum in veritate creaſſe cõfirmatur; & ſtabilitur quod pſal. 85. verſ. 12. canit Propheta, אמת מארץ תצמח, *Veritas de terra orta eſt*, quorum verborum initiales literæ אמת *veritatem* iterùm exhibent. Cant. cap. 4. verſ. 8. Ex ſex verbis idem Notaricon bis colligitur, אתי מלבנון תבואי, *Veni de Libano, veni*. Ex tribus quæ ſequuntur confit idẽ

ordine retrogrado תשורי מראש אמנה *coronaberis de capite Amana*. Hæc Commentarius Bahal Hatturim.

Præterea in nomine *Emeth, veritas* tres sunt literæ quarum prima initium est Alphabeti, secunda medium, tertia finis. Hinc Ioseph Albo philosophus doctus & grauis, ser.2. in fine cap.27. probat nomen veritatis meritò fuisse Deo attributum cùm sit causa causarum, principium principiorum, omniumque rerum regat initium, progressum, & exitum. Solet denique dicere, vt Aruch, ex Talmude elicit in voce אמת, veritatem pedibus esse firmis, mendacium verò claudis & acutis. Literæ enim quibus veritas scribitur, aut duos pedes habent, aut basin qua sustententur; quibus verò mendacium, aut μονόσκελοι sunt, aut in cuspidem desinunt, vt ex ipsarum figura manifestum est, אמת *veritas*, שקר *mendacium*. Simili sensu veritatem cubo nostri comparant. VI VII

Secundam Cabbalæ partem hoc alterius speciei Notarico concludam. Prima litera VIII

Pentateuchi eſt ב, vltima ל, quæ compoſitæ cor ſignificant. Hinc admonemur vniuerſam legem cordi inſcribi oportere; Deumque à nobis cordis affectum præcipuè requirere, vt in Prouerbijs dicitur, *præbe mihi cor tuum*: Et ſicut viuentium omnium primogenitos ſanctificabat ſibi Deus; ſic cor noſtrum quod eſt in nobis primum
IX viuens, ſibi vendicare. Quærunt Iudæorum myſtici Interpretes, quare legem incepit Deus à ſecunda litera, non à prima? tripliciter reſpondent, primùm eo quod Aleph Notaricon eſt maledictionis ארירה, Beth verò benedictionis ברכה. Deinde vt per ב binarij notam ſeculum præſens eſſe doceret, & futurum. Denique duplicem eſſe legem ſcriptam, & ore tenus acceptam, diſceretque vniuerſum genus hominum ſeſe legis obſeruandæ cauſa creatum eſſe.

Cabba-

Cabbalisticæ sacri textus interpretationis tertia species explicatur & illustratur.

CAPVT IX.

I. *Quid Gematria Cabbalistis.* II. *Quid Talmudistis.* III. *Gematriæ exempla.* IV. *Cabbalistarum ratio, quare Deus Hebrais dicatur locus.* V. *Dißidij Iacobi & Esaüi Gematrica præsignificatio.* VI. *Primæ dictionis Biblicæ argutæ per Gematriam explicationes.* VII. *Consimilis probatio quod lex lata sit in sapientia.* VIII. *Quare tot præcepta affirmatiua quot in homine membra, & tot negatiua quot dies in anno.* IX. *Quare nomini Abram addidit Deus, He, antequam cum eo fœdus iniret.* X. *Quare nomina excommunicationis & misericordiæ componunt* 248. XI. *Testimonia Iudæorum qui Cabbalam contempserunt.* XII. *Cabbalisticas interpretationes ancipites esse exemplis docetur.*

TErtia Cabbalisticæ interpretationis species Gematria vocatur. Græcum nomen est, *Geometria*, vt fatentur Elias Leuita, & Dauid de pomis. Significat autem in arte Cabbalistica, nõ terræ, aut figurarum dimensionem, sed arithmeticam literarum supputationem, qua dictiones diuersæ sibi-inuicem æquiualere probãtur. Talmudistæ 1
apud quos pauca sunt artis Cabbalisticæ argumenta alio planè sensu Gematriam su-

munt, pro notis ſcribendi ænigmaticis, quales in vſu ſunt apud omnes ferè gentes, vt ſupra explicauimus. Eodem ſenſu vocabulum hoc ſumpſit Salomon Iarki in verſ. 6. cap. 7. Eſaiæ; Ierem. 25. v. 26. & c. 50. verſ. 1. & generalius pro vniuerſo myſterio Cabbaliſtico Autor אבקת רוכל, tertiæ partis initio. Vtuntur etiam Talmudiſtæ hoc nomine in primigenia ſignificatione, pro Geometria Mathematicarum ſcientiarum non ignobili parte, vt in fine cap. 3. פרקי אבות, ait
II R. Eleazar, תקופות וגמטריאות פרפראות לחכמה *Thecupharum* (ſeu Annui ſolis motus) *& Geometriæ ſcientia condimētum eſt ſapientiæ.* Dauid de pomis meritò ridet autorem Aruch, qui hoc loco Gematriam interpretatur, cum pro vno ponitur א, & pro centum ק: Res enim iſta facilis eſt, & omnibus cognita condimento ſapientiæ, aut thecupharum ſcientiæ minimè æquiparanda.

III Quod de Cabbaliſtarum Gematria diximus exemplis manifeſtum fiet, מצותי *præcepta mea*, idem quod שמור, *cuſtodi*, vtraque

dictio 546. complectitur. שושנה *Susanna*, seu *lilium* idem quod אסתר *Esther*, vtrumque 661. Hæc autor אבקת רוכל, seu *pulueris Pigmẽtarij*, loco iã citato. R. Salomõ Iarki in 14. Genes. v. 14. vbi dicitur Abraham vernaculos suos trecentos & octo in prælium armasse, notat Majores docuisse Eliezerem Abrahæ solũ adfuisse, eo quod אליעזר, Eliezeris literæ per Gematriam 318. æquiualeãt. Elias Leuita explicans in Thisbi quamobrem Deus מקום *locus* à Rabinis appelletur, hanc rationem in Cabbalistarum officina excusam adfert. מקום Gematricè 186. conficit; totidem יהוה. Verùm vt calculus non aberret, literarum numeros simplices non eligũt, sed numerorum quadrata: non omnino insulsè, nam numeri vel lineæ, vt loquuntur Geometræ, potentia, quadratum est. Hoc modo jod valet 100. he 25. vau 36. he 25. summa 186. Dixi autem non omnino insulsè; solent enim vt epilogismos suos colligant, numeros aliquando duplicare vel triplicare; aliquando aggregato numerum IV

literarum dictionis addere vel demere, hoc modo כסא *ſolium*, idem eſt quod אלהים, *Deus:* aliquando non ſimplicium literarũ numerum, ſed literas במילאו *in plenitudine ſua*, hoc eſt, vt in Alphabeto ſcribuntur, cõiungere. In omnes denique partes ſeipſos verſare, vt quod ſemel conceperunt, tandẽ confirment. Gematriæ iſtius planè immemor Moſes Ægyptius ſolidam & philoſophicam iſtius diuini Epitheti rationem adducit, lib. Nebochim parte 1. c. 8. Immemores quoque fuerunt eius Commentatores, Schem Tob, & Ephodæus, & qui pluribus rationem loci Deo attributi perſequitur Ioſeph Albo, ſerm. 2. cap. 17.

v Bahal Hatturim in Geneſ. 25. verſ. 21. ותהר רבקה אשתו, *concepit Rebecca vxor eius*, ſcribit hæc ſcitu certè non iniucunda, אשתו *vxor eius* idem eſſe Gematricè cum אש וקש, *ignis & ſtipula:* vtriuſque ſumma 707. Quæ cõueniunt non tantùm cum diſſidio Eſaüi & Iacobi, ſed expreſſiùs cum verbis Abdiæ verſ. 18. *Erit domus Iacob ignis, &c. & domus*

Esau stipula. Idem Autor acuminis Gematrici arguta specimina tradit in בראשית *beresith* Gen. primã vocem. בראשית ברא *in principio creauit*; & בראש השנה נברא *in principio anni creatus est*, idem est numerus 1116. quo demonstratur mundus initio anni creatus. Secundo Beresith, idẽ quod בתורה יצר, *in lege creauit*, vtrumque 913. eo quod propter legem quæ vocatur Principium, creatus est mundus. Denique hæc verba, ישראל בחר בעמים, *Israelem elegit in populis* 913. conficiunt. Idem תריג יצר *Tharig creauit*. Vulgatissimum est apud Iudæos in lege præcepta 613. contineri, quæ τεχνικῶς vocabulo Tharig eundem numerum cõplectente significant. Colligit inde Rabinus ille mundum à Deo creatum, vt 613. præcepta legis Israelitæ cõplerent. Lex dicitur lata in sapientia. Hoc axioma Gematricè probant Cabbalistæ, ex eo quod חכמה *sapientia* calculus sit, 613. tot scilicet quot numerant in lege præcepta. Calculus iste colligitur, vt sic loquar, ex literis expansis: nã חכמה, 73 tantùm conficit. VI VII

Verùm ſi numerum è literis plenis, atque vt ſcribuntur & pronuntiantur expiſcemur 613. colliguntur: Experiri quiuis poteſt ex ijs ſic ſcriptis, חית·כף·מם·הי, cheth, caph, mem, he. Hoc Reuchlinus, ſed vlteriùs progrediemur.

Sexcenta tredecim illa præcepta in affirmatiua diuiduntur, & negatiua. Affirmatiua autem tot ſunt ſecundùm Iudæorũ ſententiam, quot in homine membra, ſcilicet 248. ſpecialem membrorum humanorum enumerationẽ, & ſitum refert ex antiquorum traditione Autor pulueris Pigmẽtarij, lib. 3. parte 2. Negatiua verò quot dies in anno. Sic illa diſtribuunt Talmudiſtæ, ſect. 3. Tractatus Macoth. R. Salomon Iarki in hunc locum Talmudis ait, præcepta affir-
VIII mantia eſſe 248. quia vnicuique membro dicitur, fac, ſerua mandata. 365. autem negantia, quia ſingulis diebus monendi ſumus ne mandata Dei tranſgrediamur. Subtiliùs in eandem mandatorum diuiſionem philoſophatur Ioſeph Albo עקרים ſerm. 3. cap. 27.

duplicem esse perfectionem, corporis vnã, animæ alteram; illam præceptis affirmantibus respõdere, quoniam membra ab actione perfecta censentur; hanc verò negantibus. Quoniam, inquit, sicut tempus non est quid actu subsistens; statim enim aut præteritum est, aut futurum, rebus tamen omnibus tempori subiacentibus perfectionem adfert: Ita præcepta negantia cum actionis prohibitionem contineant, interiorem animæ perfectionem nobis exhibent, quæ postea corporis actiones omnes rectæ intentionis virtute vegetat & sustinet. Rectè igitur affirmantia præcepta membris humanis æquantur, & negantia tempori. Idem Salomon in cap. 17. Gen. vers. 1. ait Deum addidisse, He, nomini Abrahæ, vt literæ nominis ipsius אברהם membris humanis æquarẽtur, antequam cum ipso fœdus iniret; statim enim post nominis impositionẽ ipsum circumcidi iubet. Mutationis istius rationem IX
reddit Deus ipse, quod Abraham futurus esset לאב המן גוים *in patrem multitudinis gẽ-*

tium. Non insulsè notat Bahal Hatturim bis in eadem sectione Abraham vocari pàtrem multitudinis: bis etiam literas אב המון גוים Gematricè iũctas numerum literarum יצחק Isaci conficere. Docet denique Elias in fine Thisbi secũdam Excommunicationis speciem vocari חרם, eo quod nomen il-
x lud 248. contineat, vt admoneantur omnes Excommunicationem illam in omnia hominis mẽbra penetrare. Addere possumus misericordiæ nomen רחם eundem calculum absoluere, vt significetur nullum peccatum adeo graue committi posse, quod Deus bonitate sua non deleat.

xi Sed de hisce plus satis. Addam Iudæos quotquot veris scientijs imbuti fuerũt, eiusmodi interpretationibus parum attendisse. Illarum vanitatem pluribus exemplis demonstrat Aben-Esdra præfatione in legem: sciteque eiusmodi interpretes Noctuis cõparat, eo quòd in literalis sensus splendore cæci sint, & in mysteriorum tenebris perspicaces videri gestiant. Antiquorum au-

tem

tem Rabinorum, vt ſententiam ſuam confirmet, hoc ſcitu dignum axioma refert, אין מקרא יוצא מידי פשוטו *textus ſacer non egreditur de manibus ſimplicis, & literalis ſẽſus.* Hinc eſt quod doctus ille Moſes Ægyptius, quanquam toto libro Nebochim de interpretatione ſcripturæ, & nominum diuinorum diſſerat, variaſque emergentes hac de re difficultates diſſoluat, Cabbaliſtarum tamen myſteria alto ſilentio prætereat: Immò cap. 62. partis primæ palàm in illa & ægrè videatur inuehere, cuius veſtigijs preſſiùs inſtat R. Schem Tob eundem locum commentans. Interpretationes eiuſmodi, vt verè monet Aben-Eſdra in verſ. 14. c. 14. Geneſ. ſunt ancipites: Inde ex æquo mala & bona elici poſſunt, אין הכתוב מדבר בנימטריא כי יכל יוכל הרוצה להוציא כל שם לטוב ולרע רק השם כמשמעו. *Scriptura non loquitur Gematricè, nam facilè poſſet quilibet pro arbitrio quoduis nomen educere, ſiue in bonam ſiue in malam partem, ſed tantùm verba intelligenda ſunt vt ſonant.* Hoc eſt,

iuxta ſenſum literalem.

Id quod ait Aben-Eſdra innumeris exemplis comprobari poſſet: Vno tantùm id docebo. Solent impij Iudæi à ſanctiſſimo no-
XII mine IESV, ישוע vltimam literam tollere: Sic enim ſemper efferunt ישו, & ſæpe odio perciti per impiam Gematriam אלהי נכר. Simili portento ex tremẽdo Dei nomine שדי *Sadai*, literarũ permutatione fit שיד, *dæmon*, cui permutationi Mirandulanus in Cabbaliſticis propoſitionibus alludit. Autor אבקת רוכל, ait Idolum ab Aarone conflatum, עגל מסכה, *vitulum fuſilem*, à Moſe appellatum, vt ex auri 125. talentis fuſum fuiſſe manifeſtum fieret: מסכה *Maſeca* enim ſeu *fuſile* hunc numerum complectitur. Vtraque autem dictio עגל מסכה *vitulus fuſilis*, ſi Gematricè examinetur, epitheto ברוך *Benedictus* æquiualebit. Sed hæc perſequi nefas.

De figura characterum Samariticorum & Siclis Israeliticis.

CAPVT X.

I. *Statuæ, numismata, &c. certa veritatis testimonia.* II. *Variorum Alphabetorum Samariticorum enarratio.* III. *De causis discriminis inter quasdam literas.* IV. *Tau Samaritanorum crucis gestat figuram.* V. *Siclorum nostrorum cum alijs excusis comparatio.* VI. *Siclorum nostrorum explicatio.* VII. *De quibusdam siclis Samariticè & Græcè inscriptis.* VIII. *Quibus signis discernantur sicli Hierosolymis, & alibi cusi.* IX. *Hierosolymitani ab alijs Israelitis in duarum dictionum scriptione tribus literis differebant.*

FAbulantur Ethnici, vt Philostratus in
Imaginibus, Plinius lib. 36. cap. 7. &
alij, Memnonis statuam quæ Thebis Ægy- 1
ptiacis in templo Serapidis colebatur, quo-
tidiano solis ortu irradiatam nonnihil elo-
qui solitam fuisse. Isto fictionis inuolucro
docere mihi videntur antiquitatis monu-
menta è ruderum tenebris eruta, Solique
iterum exposita veritatem incognitam pa-
tefacere, aut contrarijs opinionibus obscu-
ratam illustrare. Iudex æquus esse non po-
test, qui ab omni affectu & animi perturba-

tione non vacat: Quid verò ab hac impotentia remotius est, quàm statuæ, numismata, inscriptiones, cæteráque eiusmodi quæ cōtentiones omnes longissimo tēpore præcesserunt? Istarum rerum autores neutris partibus gratiosi esse ambiebant, cùm de neutris ne per insomnia quidam cogitare possent; ideo quæ hinc argumenta petuntur, ab omni præiudicij suspicione immunia sunt. Hac in causa testes habemus numos Israeliticos è ruderibus Hierosolymitanis effossos, qui omnes characteribus Samaritanis percussi sūt, quique à Samaritanis sculpi non potuerunt, cùm Hierosolymis effodiantur, & Hierosolymam sanctā appellēt.

Numos seu siclos duos eiusmodi ante annos quadringentos nactus est R. Moses Bar-Nachmā, vt ex ipsius verbis supra retulimus & explicauimus, quibus commotus literas Samaritanorum Hebraicas esse nihil dubitans affirmauit. Similē recuperauit R. Azarias à vidua cuiusdam Iudæi Ferrariensis, qui Hierosolymam iuerat peregrinationis

causa, בכתר שם טוב *pro corona nominis boni*, vt ipse loquitur. Describit etiam ca. 56. libri sui Alphabetum Samaritanū, seu vt potius cum ipso loquamur, & omnibus Iudæis, Alphabetū Hebraicum ex quaternionibus quos manu propria terræ sanctæ quidam incola ad R. Petachiam Spoletanum miserat; atque ex Commentarijs manuscriptis R. Mosis Bassulæ quibus adnotauerat, quæcūque noua & rara in peregrinatione Hierosolymitana sibi visa fuerant: Necnon ex Alphabeto quod secum communicauerat R. Ruben Perusinus qui illud acceperat, à quodam Christiano Bononiensi exscriptū ex antiquo & sincero libro. Alphabetum illud à Sculptore crassè & pinguiter efformatum fuit, sicut & literæ Iudaicæ, quibus Hebraicæ, seu Samaritanæ explicantur: facilè tamen est characteres Hebræos ab hallucinatione Sculptoris dignoscere.

Præter Alphabetum istud Postellus in Alphabeto duodecim linguarum, & Scaliger in notis ad Eusebium, Alphabeta Sama- 11

ritana ediderunt, quæ & à ſeinuicem, & ab inſculptis numis nonnihil differunt. E vaticano aliud edidit Vilalpandus, ſed ab alijs plurimùm recedit. Nihil autem commune habet cum cæteris illud, quod è veteri libro erutum propoſuit Abraham de Balmis initio מקנה, ſeu peculij ſui Grammatici. Εκτυπα præterea Siclorū ſeptem cudi curauit Vilalpādus, quatuor Vaſerus in libro de Numis Iudæorū, quibus Alphabeta iſta ſincera eſſe euidenter demonſtratur. Vnicum nactus eſt Arias Montanus, & in apparatu biblico repræſentari curauit. Sed ante hos omnes Poſtellus in Alphabeto ſuo vnum è multis quem publicè proponeret, elegit. Teſtatur quoque ſimiles quotidie Hieroſolymis effodi, & à Iudæis magni fieri, nec ab ijs niſi magno pretio redimi poſſe. Siclorum iſtorum literæ paululùm differunt ab ijs, quas è codice noſtro exprimi & cudi curauimus. Verùm in ijs efformandis codicem noſtrum ſolum ſecuti non ſumus; quatuor alia Pentateuchorum manuſcriptorū frag-

mēta variâ voluminis formâ descriptorum penes nos habuimus: Specimina prætereà è duobus Pentateuchis integris excerpta, quorum omnium literæ vna & eadem figura delineatæ erant præter literam Vau, quæ in vno exemplari à cæteris paululùm deflectebat.

Discriminis illius causa est scripturæ elegantia, nitor, & καλλιγραφίας studium: Inde enim factum est vt Scribæ literarũ ductus aliquantulum vel diducerent, vel contraherent. Huic etiam rei nonnihil contulit facilis & expedita characteris scriptio: Sed hæc nulla sunt cùm lectorem non remorētur. Ex Siclis omnium literarum iudicium fieri non potest: nam in eorum inscriptionibus tredecim tantũ literæ deprehenduntur, [illegible]. Ex tredecim istis Aleph & Tsade notabili discrimine à nostris distāt, Vau paulòminus, cæteræ nihil quod alicuius sit momēti. Quidā præterea literas quatuor ex Siclis efformāt, beth, nun, ain, tau. In duabus postremis probabile est 111

eos non eſſe hallucinatos: figura enim prioris cum Ain Samaritano optimè quadrat, poſterioris verò crucẽ exactè repræſentat. De Beth autẽ & Nun dubium eſt: nam in Siclis quos exhibent, literæ admodum ſunt detritæ, & quædam penitus deletæ, ita vt de ſenſu vix aliquid ſani conijci poſſit. Quæ conijciunt inſipida mihi videntur, nec habeo quod magis ſapiat. Alio argumento Tau figurã crucis expreſſiſſe colligitur. Sicut enim in Alphabeto noſtro, ab Aleph ſi tollas lineolam intermediam Tau effinge-
IV tur: Sic ab Aleph Siclorum ſi demas lineolã quæ rectam literæ lineam per medium tangit, vix dubium eſt quin litera Tau conſurgat: nã ſola iſtius lineolæ adiectione Aleph à Tau diſcriminatur. Hoc autem peracto completiſſima ſupereſt crucis figura: duæ videlicet lineæ quarum tranſuerſa erectam ad angulos rectos ita ſecabit, vt pars inferior erectæ multò longior ſit parte ſuperiori. Itaque egregia & euidens, ratio nobis conſtat explicationis Origenianæ in hæc


verba

verba Ezechielis, *signa Tau super frontes, &c.* quæ referuntur in notis Romanæ & Parisiensis editionis, Ἑβραίων δέ τις τῶν εἰς σωτῆρα πεπιστευκότων ἔλεγε, τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ ταῦ τῷ τοῦ σταυροῦ χαρακτῆρι, καὶ προφητεύεσθαι περὶ τοῦ γινομένου ἐν χριστιανοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου σημείου· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ πεπιστευκότες πάντες οὑτινοσοῦν προκαταρχόμενοι πράγματος, καὶ μάλιστα εὐχῶν ἢ ἁγίων ἀναγνωσμάτων. Cui consentit S. Hieronymus in eundem locum, *vt ad nostra veniamus, antiquis Hebræorum literis, quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, extrema Tau litera, crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frõtibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur:* Iudæus ille Azarias in Alphabeto suo Hebraico duplicem literæ Tau figuram edidit, vnam nostræ simillimam, alteram crucis, instar X Latini decussatam.

Animaduersionis nostræ demonstrationem ocularem videre potes in litera quæ in secũdo Siclo stat super vrnam: similis est in quinto, sed apex detritus est. In Siclis primo, secũdo, & tertio eadẽ est τοῦ Aleph figu-

ra, dempta inferiore lineola relinquitur ve-
V ra crucis effigies. Eadem penitus est literæ istius forma in Siclis à Vilalpãdo delineatis; Apud Vaserum apex ille non supereminet, vel quod temporis iniuria erasus fuerit, vel quod nunquam signatus. Itaque deleta inferiori lineola, T Latinum, vel Græcum remanet, crucisque figura paululum imminuta. In quarto & sexto crux decussatur, eo modo quo Rabinus Azarias literam Tau descripsit. Ex sexto nulla dictio colligi potest, ita literæ omnes obliteratæ sunt. Quar-

IIII



Apud Franc. Card. Bon-Compagnon. Argent.

ti literæ sunt Samaritanæ: Similem exhibet Vilalpandus, quem Sicli quadrantem fuisse ait. In medio numi est Cantharus, cui à dex-

tris vicinus eſt ramuſculus ; obuerſa facie torquis implexæ ſpecies ambit literas in medio numi inſcriptas; ſed in ἐκτύπῳ noſtro ſolæ literæ exhibentur. Legendum exiſtimat Vilalpandus לחרות ירושלם, literæ mem ad finem repoſitione, id eſt, vt interpretatur *ad ſcripturam Jeruſalem*, ab altera parte שמן עת, *unctionis tempus*. Quid hæc ad rem faciant, non video. Exiſtimarem amuletum aliquod fuiſſe Samaritanicum non Siclum: Hemiſiclorum enim figuræ & inſcriptiones eædem ſunt quæ Siclorũ, excepto quod ex vna parte, loco *Siclus Iſrael* ſcribitur חצי השקל, *dimidium Sicli*. Ita in quinto ſcriptum erat; ſed iniuriæ temporis primæ dictionis ſola prima litera ſuperfuit ; in alijs integra conſeruatur. Vaſerus Semiſiclum, trientẽ Sicli, & quadrantẽ repræſentat. Verùm niſi ipſe aliquid ex ſentẽtia ſua addiderit, integrè ſcribitur, *Semiſiclus Iſrael, tertia pars ſicli Jſrael, quarta pars ſicli Iſrael*, חצי שקל ישראל· שלישי שקל ישראל· רבע השקל ישראל· Prætereà vrnæ Sicli imminet Aleph, Semi-

sicli Beth; trientis Ghimel, quadrantis Da-
leth: quibus literis numi pretium iterum si-
gnificatur. In Semisiclo autem priores duæ
literæ dictionis חצי nullam habent cum lite-
ris Samaritanis affinitatem: vnde efforma-
tæ fuerint, ipse viderit.

Siclos autem quos hîc excudi curauimus
nobiscum communicauit Hieronymus
Aleãder, vir sanè perquàm eruditus, & scri-
ptis suis apud omnes doctos meritò cele-
bris, quem nuper morientem vt charissi-
mum alumnum Musæ omnes collachryma
uerunt: si mors nobis eum non præripuisset,
pluribus Siclis nos, lectoremque beasset.
Vnde Siclum vnumquemque excerpserat,
adnotauit; adnotationem ipsius verbis ad-
VI iecimus, vt exscripto fides constet. Primus
præ cæteris insignis est, & literas omnes in-
tegerrimè repræsentat, quæ his Hebraicis
æquipollent, ירושלימה קדושה, *Ierusalem san-
cta,* obuersa facie, שקל ישראל, *Siclus Israel.*
Ab vno latere figura est virgæ Aaronicæ,
ab altero vrnæ Manna conseruantis, cui im-

I




Siclus argenteus in Musæo Nicolai Grassi I.C. Veneti

minent literæ Schin & Daleth, quæ compendio hîc significare existimantur *Siclum Dauidis*. Existimo præterea Siclos eiusmodi Hierosolymis percussos fuisse, coniectura ductus quàm paulò post explicabo. Ter-

III




tius primo per omnia similis est; virgæ & vrnæ figuræ describendi tædio exaratæ nō

fuerunt. Secundus & tertius Vilalpandi

II


Apud Claudium Menetium Argent. vterque.

atque illi, de quibus mentionem faciunt Rabini, Ramban, & Azarias, à nostris nihil omnino differunt. Secundi eadem sensu prorsus est inscriptio, sed in dictionum scriptione ab alijs differt, sic enim scribit ירושלם קדשה *Ierusalem sancta*. Vrnam præthereà superstat *Aleph*, non vt in alijs, *Schin* & *Daleth*. Sicli integritatem notare non potest, cum Hemisiclis imponatur. Sed de hac re mox plura. Huic similes sunt Vilalpandi & Vaseri prima ἔκτυπα. De quarto iam verba fecimus. Quintus est Hemisiclus; ex vna parte similem cæteris gestat inscriptionem, literis tamen quibusdã corrasis, ירושלם קדשה

V



Apud Franciſ. Barberinum. S.R.E. Card. Argent.

Jeruſalem ſancta, ſcriptione à primo & tertio differente, ſed cum ſecundo, per omnia non tantùm conueniente, verùm etiam cùm Hemiſiclo Vilalpandi, & omnibus Vaſeri Siclis. Ex altera parte ſcribitur, חצי השקל, *dimidium Sicli*, literæ Tſade & Iod prioris dictionis deletæ ſunt, Coph quoque media ſui parte eraſa. Vrnæ impendet Aleph, non ſecus ac in Hemiſiclo Vilalpandi, qui cùm noſtro idem eſt. Vaſeri Siclorum partes non videntur ſinceræ, ſed ad repræſentandas fractiones de quibus in ſacris literis mentio fit, effictæ. Ex ſexto colligi tantùm poteſt Samaritanorum literã quandam in crucis figuram efformatam fuiſſe.

VI




Ex ære, apud Franciscum Gualdum.

Septimus & octauus sicli sunt recentiores post captiuitatem Babylonicam literis As-

VII




Ex ære apud Ludouicum Aubery.

syrijs signati. Eadem est omnino cum priore & tertio inscriptio. Litera Coph in septimo nimium accedit ad figurã literæ Caph; octauus Vilalpandi ab isto nihil differt.

Siclorum alterius generis meminit R. Moses

VIII




Apud Laur. Pignorium ponderis. 4. drach. Argent.

Moses Alascarin respõsionibus suis cap. 74. VII
ipsius verbis illos referam, nihil enim quod
addam habeo, דע שבאו לידי מאותן המטבעות
מכמה מינים משונים שקל ומחצית השקל ויש מהם
שכתוב בם שנת כךלנחמת ציון׳ שנת כך למלך פלוני׳
וראיתי באחד צורת לולב אגוד ואתרוג בצדו׳ ואמר לי
יהודי אחד בקי באותו הכתב כי מהצד האחד היה כתוב
יוני עם הארמה של יונים חקוק׳ בו ומן הצד האחד
כתוב עברי ונראה שזה היה בזמן השתעבדם ליונים וכו׳
Scito quod venerunt in manus meas numismata nõnulla diuersarum specierum, tam Siclorum quàm Hemisiclorum. In quibusdam eorum scriptum erat anno talis consolationis Siõ, anno tali, Regis talis. Vidi quoque in vno figuram palmæ in fasciculum collectæ, & citri

ex vno latere: Dixitque mihi Iudæus quidam, in ſcriptura illa exercitatus, quòd ex vna parte ſcriptura erat Græca cum impreßione Græcorum inſigniũ, & ex alia ſcriptura Hebræa. Videtur autem mihi quòd hoc factum eſt cùm Græcis ſeruiebant. Hebræa illa ſcriptura erat Samaritana cum Moſes illam legere non poſſet. Græca autem ſcriptura, ſi Iudæus ille falſus non eſt, Græcam ſeruitutem reuerà arguit. Quod ſi ita eſt, aut Siclus ille Samaritanorum fuit, aut Iudæi ſcriptura ſua antiqua, hoc eſt, Samaritana, poſt Alexandri magni tempora in numiſmatis, rebuſque ciuilibus vſi ſunt. Cætera quæ notatu digna ſunt, ex verbis autoris lector facilè colliget.

Antequam capiti finem imponam, de varia dictionum Hebraicarũ in Siclis ſcriptione, quid ſentio, aperiam. Inſcriptiones illæ bifariam variant. Aliæ enim ſcribunt *Jeruſalem*, aliæ cum Iod poſt Lamed *Ieruſalaim*, ࠉࠓࠅࠔࠋࠉࠌ, & ſubſequitur, *ſancta* cũ duplici He, ࠄࠒࠃࠔࠄ, ita vt poſterius ex æquo ad præcedentem & ad ſequentem di-

ctionem referri possit. Existimo prius He pertinere ad vocem Ierusalem, sicque legendum ירושלימה קדושה: Deinde Siclos eius- VIII
modi Hierosolymis signatos fuisse. Coniecturæ meæ rationem duco ex duorum Rabinorum pronuntiato in Talmude Hierosolymitano tractatu Megilla fol. 71. col. 4. ר׳ סימון ור׳ שמאול בר נחמן תריהון אמרין אנשי ירושלם היו כותבין ירושלם ירושלימה ולא היו מקפידין׃ ורכותה צפון צפונה׃ תימן תימנה׃ *R. Simon, & R. Samuel filius Nachman ambo dixerunt, viri Ierusalem scribunt Ierusalem Ierusalimah, & de hac re non curant. Et cõsimilia tsaphon tsaphonah; theman, themanah.* Pronuntiatio illa vt patet peculiaris fuit dialecto Hierosolymitanæ. Alij Sicli à nomine Ierusalem demunt He & posterius Iod, atque etiam vau de nomine קרושה, sicque simpliciter efferunt, ࠉࠓࠔࠋࠌ• ࠒࠃࠔࠄ, quod indicium est alibi, quã Hierosolymis cusos fuisse. Aliud coniecturæ istius argumentum ducitur, ex eo quod in omnibus Siclis, in quibus videre est hæc verba insculpta, ירושלימה קדושה,

Schin & Daleth ſcribuntur vrnæ imminē-tia, quæ Siclum Dauidis κατ' ἐξοχὴν ſignificant, hoc eſt in vrbe Dauidis percuſſum. In quibus autem ſcribitur ירושלם קרשה, literæ illæ abſunt, & illarum vicem tenet Aleph vrnæ imminens, qua vel vrbis nomē ab iſta litera incipiens indicatur; vel אחרת generaliùs ſignificat, vrbem ſcilicet à Hieroſolyma diuerſam. Sic enim videmus numiſmata nomen in quo cuduntur, per literarum compendia exprimere.

IX Itaque Hieroſolymitani ab alijs Iſraelitis in duarum dictionum ſcriptione tribus literis differebant. Idem ſcriptionis diſcrimen propter dialectorum varietatem omnibus nationibus contingit, antequam nomina Grammaticorum præceptis in ordinem redacta ſint: *Orthographia* enim vt definit Suetonius in Auguſto cap. 88. *Nihil aliud eſt quam formula & ratio ſcribendi à Grammaticis inſtituta*. Antequam enim illorum præſcriptiones inualuerint, vnuſquiſque pro dialecto & ingenio ſuo & ſua ſcribit, &

aliena deſcribit. Id Iudæis accidit, vt præter rei naturam & Siclorum experientiam, teſtantur antiquiſſimi illi Talmudici Hieroſolymitani. Sed tandem poſt Maſorethas, & poſtquam ex ijs innumera Grammaticorum examina vernarunt, omnino cohibitum, & frænatum eſt vagum illud ſcribendi genus, & certæ ſcriptionis formulæ addictum, & velut mancipatum.



DE CODICIS Samaritani ſinceritate.

EXERCITATIO III.

Differentiæ textus Samaritani à Iudaico quæ ante mille annos adnotatæ ſunt, eædem nunc deprehenduntur.

CAPVT PRIMVM.

I. *Flagrantiſsimum æternitatis deſiderium.* II. *Viri doctiſsibi & alijs æternitatem pollicentur & præſtant.* III. *Samaritani codices ſuos diligentiſsimè conſeruarunt.* IV. *Differentia textus Samaritani à Iudaico varijs autoritatibus & ratione confirmata.* V. *Corruptela textus Hebræi à S. Hieronymo obſeruata ex Samaritano confirmatur.* VI. *Variæ differentiæ olim in Samar. notatæ nunc reperiuntur.* VII. *Verſus nonnulli in Hebræo omiſsi ex Samaritano ſupplentur.* VIII. *Chronologia 70. Interp. poſt diluuium ab Hebræo differt, & cum Samaritano conuenit.*



SApienter mihi dixiſſe videtur Ariſtoteles omnia animantia naturæ quodam inſtinctu immortalitatem appetere, atque eo quod per ſeſe, & in propria ſubſtantia tanti beneficij capacia non

ſint, per ſimilium generationē in illius adeptionē eniti. Huc ſpectabat Eccleſiaſticus cap.30. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.*
Verùm nō ſecus ac Aquila omnes aues vo- I
latu longè ſupereminet, & fulgorem ſolis inconniuentibus oculis ſuſtinet: Sic homines cætera animantia diuino rationis lumine in immenſum ſuperant, rectáque & per ſeipſos ad æternitatem aſpirant, & enituntur, vt eloquenter docet S. Auguſtinus tract.15.in Ioannem, *Intellectus ad æternitatem regit, ad æternitatem excolit, ad æternitatem inſtruit.* Hinc famæ propagandæ flagrantiſſimum ſtudium, hinc pro patria labores ſuſcepti, ſæpiúſque oppetita mors, vt nominis gloria in poſteros deriuaretur, ipſíque ſibi mortuis ſuperſtites eſſent. Pleriſque ingenuis hoc Virgilianum teritur,

---tentanda via eſt, qua me quoque poßim,
Tollere humo, victorq; virū volitare per ora.

Audeámque dicere, quanquam hominum animos maximè torqueat auri ſacra fames,

longè tamen plura facinora ab ijs patrata fuiſſe nominis ambitione, & honoris contentione, quàm lucri aut proprij commodi cupiditate.

Parum tamen proficerent, & incaſſum ad nominis immortalitatem hiare cogerentur, niſi laboribus eorum ſuppetias literæ aduenirent. Hæ ſunt conſpicua animi lumina & ſpecula, partæ gloriæ cuſtodes fidæ, vocaliſſimæ virtutis præcones, inconcuſſa præclarè factorum monumenta, ſuauiſſi-
11 mæque immortalitatis alumnæ. Ideo qui literarum adyta penetraſſe ſibi conſcij ſunt, immortalitatem, & ſibi, & alijs pollicentur & præſtant, Ita Poëta ſibi,

Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, noménque erit indelebile noſtrũ.

Et Amico ſuo Seneca, *Si gloria tangeris, notiorem te Epiſtolæ meæ facient, quam omnia iſta quæ colis, & propter quæ coleris. Nomen Attici perire Ciceronis Epiſtolæ non ſinunt: Nihil illi profuiſſet gener Agrippa, & Tyberius progener, & Druſus Cæſar pronepos; in-*

ter

ter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset. Mirabile sanè mihi videtur viginti duobus minutulis characteribus tãto & tam certo compendio per futura sæcula viam sibi mortales strauisse, artemque inuenisse, qua non tantùm præclarè facta sua immortalitati consecrarent; verùm etiam animarum effigiem, quod falsò picturis suis vendicabat Zeuxis, minimè fallaciter æternitati pingerent.

Admirandum huius rei exemplum nactus esse mihi videor, cùm ea quæ hac Exercitatione dicturus sum, ob oculos mihi propono; simulque gentis Samaritanæ vilitatem & paucitatem comparo cum Orientalium populorum tumultibus, vrbium oppressionibus, gentium migrationibus, innumeris imperiorum post infestissimos conflictus, perturbationibus & euersionibus. Quid enim mirabilius quàm pauculam gentem in quibusdam Palæstinæ, Syriæ, & Ægypti angulis latitantem inter tam sæua pericula, támque crebras regno-

longè tamen plura facinora ab ijs patrata
fuisse nominis ambitione, & honoris con-
tentione, quàm lucri aut proprij commodi
cupiditate.

Parum tamen proficerent, & incassum
ad nominis immortalitatem hiare cogeren-
tur, nisi laboribus eorum suppetias literæ
aduenirent. Hæ sunt conspicua animi lumi-
na & specula, partæ gloriæ custodes fidæ,
vocalissimæ virtutis præcones, inconcussa
præclarè factorum monumenta, suauissi-
11 mæque immortalitatis alumnæ. Ideo qui
literarum adyta penetrasse sibi conscij sunt,
immortalitatem, & sibi, & alijs pollicentur
& præstant, Ita Poëta sibi,

Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, noménque erit indelebile nostrū.

Et Amico suo Seneca, *Si gloria tangeris, no-
tiorem te Epistolæ meæ facient, quam omnia
ista quæ colis, & propter quæ coleris. Nomen
Attici perire Ciceronis Epistolæ non sinunt:
Nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tybe-
rius progener, & Drusus Cæsar pronepos; in-*

ter

ter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset. Mirabile sanè mihi videtur viginti duobus minutulis characteribus tã-to & tam certo compendio per futura sæcula viam sibi mortales strauisse, artemque inuenisse, qua non tantùm præclarè facta sua immortalitati consecrarent; verùm etiam animarum effigiem, quod falsò picturis suis vendicabat Zeuxis, minimè fallaciter æternitati pingerent.

Admirandum huius rei exemplum nactus esse mihi videor, cùm ea quæ hac Exercitatione dicturus sum, ob oculos mihi propono; simulque gentis Samaritanæ vilitatem & paucitatem comparo cum Orientalium populorum tumultibus, vrbium oppressionibus, gentium migrationibus, innumeris imperiorum post infestissimos conflictus, perturbationibus & euersionibus. Quid enim mirabilius quàm pauculam gentem in quibusdam Palæstinæ, Syriæ, & Ægypti angulis latitantem inter tam sæua pericula, támque crebras regno-

rum & populorum mutationes mille annorum ſpatio ad noſtra vſque tempora ſacros ſuos codices illibatos conſeruaſſe? Quis illos aut penitus intercidiſſe non exiſtimet, aut mendis innumeris vbique ſcatere? ſtudioſè tamen in illos inquirenti res aliter deprehendetur, tanta vis eſt eorum quæ literis mandantur ad æternam ſui memoriam cõſeruandam! Illa omnia quæ de Pẽtateucho Samaritano ante mille annos retulerunt ſancti Patres, Græcorumque Scholiaſtæ, eodem planè modo in noſtro ſe habere deprehendimus. A temporibus S. Hieronymi ad nos vſque prorſus incognitus fuit in Europa liber. Curioſo nouitatis ſtudio ductus librum aperio, quæ de illo Patres referre memoria ſuggerit, confero; Et quæ ego minimè ſperabam experientia diſco, Samaritanos maxima cum cura codicum ſuorum integritatem conſeruaſſe. Cùm autem plurima ſint eiuſmodi teſtimonia, in tres claſſes illa diſtribuemus. Prima erit collatio teſtimoniorum quibus antiqui autores af-

firmant Samaritanum Pentateuchum certis dictionibus, aut periodis à Iudaico differre, quæ in nostro eædem omnino leguntur, quales ab antiquis illis autoribus describuntur: Quod certè synceritatis est argumentum δυσαντίῤῥητον.

Primum testimonium hoc esto, S. Hieronymus quæstionibus in Genesim testatur hæc verba Cain ad Abelem, *Transeamus in campum*, in codice Samaritano haberi, sed non in Iudaico. Idem testatur S. IV
Cyrillus de Samaritanis & Iudaicis codicibus. Eadem illa verba in nostro reperimus, ࠅࠉࠀࠌࠓ· ࠒࠉࠍ· ࠀࠋ· ࠄࠁࠋ· ࠀࠇࠉࠅ· ࠍࠋࠊࠄ· ࠄࠔࠃࠄ· *Dixitque Cain Abeli fratri suo, transeamus in campum, &c.* Samaritanis aduersus Iudæos consentiunt 70 Interpretes, & vulgata nostra editio. Idem facit antiquissimus Bibliorum codex Syrus manuscriptus quem nobis commodauit Gabriel Sionita. Codicis verba referam, ܘܐܡܪ ܩܐܝܢ ܠܗܒܝܠ ܐܚܘܗܝ
ܢܪܕܐ ܠܦܩܥܬܐ ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܗܘܘ ܒܚܩܠܐ.
ܩܡ ܩܐܝܢ ܥܠ ܗܒܝܠ ܐܚܘܗܝ ܘܩܛܠܗ, *Et*

dixit Cain Abeli fratri suo, proficiscamur in planiciem, & factum est cum essent in agro, vt surgeret Cain aduersus Abelem fratrem suum & occideret eum. Quid quod Iudæi ipsi lacunam esse hoc in loco fatentur. Ideo Masorethæ in medio illo versu magnum spatium vacuum reliquerunt, vt scilicet aliquid deesse significarent: nec hac re contenti ad marginem adnotarunt, כח׳ פסו׳ פסקי׳ בםצע׳ פסוק, *viginti octo sunt versus qui desinunt in medio versus.* Aliquid deesse textus ipse clamat, *Dixitque Cain ad Abel fratrem suum, Cūque essent in agro, consurrexit Cain, &c.* Quid vero dixerit, silentio obuoluitur. Samaritanus, 70, Syrus & Vulgata explent lacunam cum sic legunt, *Dixitque Cain ad Abel fratrem suum transeamus in campum, & factum est dum essent in campo, &c.* Lacunam consimiliter expleuit Targum Hierosolymitanum quod additum est primo voluminis Bibliorum Venetorum post libros Mosis. Verba istius Thargū sunt eiusmodi ואמר קין להבל אחיו איתא ונפוק לאפי ברא.

Et dixi Cain Abeli fratri suo, veni & egredere in faciem campi, &c. Posteà refert iurgia Cain cum Abele, quibus fratricidium subiungit.

2. Testimonium est S. Hieronymi qui commentans versum 10. cap. 3. Epist. ad Galatas, vbi citatur ex Deuter. cap. 27. *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea*, ait à Iudæis expunctas esse voces istas, *omnis* & *in omnibus* ne dirarum legis rei conuincerentur; atque ideo Samaritanorum volumina consuluisse, in ijsque vocem כל, *omnis*, deprehendisse. Ita prorsus habet codex noster, ·ࠀࠓࠅࠓ·ࠀࠔࠓ·ࠋࠀ·ࠉࠒࠉࠌ·ࠀࠕ·ࠊࠋ·ࠃࠁࠓࠉ·ࠄࠕࠅࠓࠄ
·ࠄࠆࠀࠕ·ࠋࠏࠔࠅࠕ·ࠀࠕࠌ. *Maledictus qui non permanet in omnibus verbis legis huius, vt faciat ea.* Cui consentiunt 70 & S. Paulus. Syrus autẽ ait *maledictus omnis*, cætera vt Iudæi. Hac animaduersione facta concludit S. Hieron. *frustra igitur illud tulerunt Judæi, ne viderentur esse sub maledicto, si non possent omnia complere quæ scripta sunt: cùm antiquiores*

alterius quoque gentis literæ id positum fuisse testentur.

3. Testimonium è scholio quod refertur in notis ad editionem 70 Interpretum Romanam & Parisiensem sic ad hæc verba cap.32. Numer. vers.33. *Et dedit eis Moses, filijs Gad, & filijs Ruben, & dimidiæ tribui Manasse, &c.* νῦν ἐμνήσθη τοῦ ἡμίσεως τῆς φυλῆς μανασσῆ, ἐν τοῖς προειρημένοις οὐ μνημονεύσας, ἐν δὲ τῷ σαμαρειτικῷ μνημονεύεται. *Nunc mentionem facit dimidiæ tribus Manasse, de qua in præcedentibus mentionem non fecerat. Fit autem in Samaritico.* Samaritanus noster codex ante hunc versum quinquies repetit *dimidia tribus Manasse*, quoties videlicet filij Ruben & Gad, inducuntur petentes terram vltra Iordanem, & quoties ipsis respõdet Moses: quod certè valde consentaneum videtur. Cùm enim dimidiæ tribui Manasse simul cum Rubenitis & Gaditis regio illa data fuerit, in illius petitione, dimidiæ tribus par erat mentionem fieri. Sed quidquid sit, quod antiquus ille Scholiastes in Samari-

tano codice animaduertit, in nostro reperitur.

Quartò, notat Diodorus Numer. 24. vers. 7. vbi 70 habẽt. *Et exaltabitur Gog regnum*, in Samaritano legi, καὶ ὑψωθήσεται ὑπὲρ γὼγ βασιλεὺς αὐτοῦ. Sic omnino noster κατὰ λέξιν, ·ࠅࠉࠓࠌ ·ࠌࠂࠂ ·ࠌࠋࠊࠅ, *Et exaltabitur præ Gog rex eius* Iudæi legunt, *& exaltabitur præ Agag rex eius*. Vulgata, *tolletur propter Agag rex eius*. Theodoretus ex Symmacho legit, *Og*, quæst. 43. Variarunt exemplaria Hebræa.

Quintò Exodi 32. vers. 18. Antiquus Scholiastes, vbi 70 verterunt, *Non est vox præcinẽtium secundum fortitudinem, neque vox præcinentium fugam: sed vocem præcinentium vinum ego audio*, ait Samaritanos legere, οὐκέτι φωνὴ ἀποκρίσεως ἀνδρείας, καὶ οὐκέτι φωνὴ ἀποκρίσεως ἥττης, ἀλλὰ φωνὴν ἁμαρτιῶν ἐγὼ ἀκούω. *Non est amplius vox responsionis virtutis, nec adhuc vox responsionis succumbentium, sed vocem peccatorum ego audio*. S. Hieronymus, *Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellẽtium ad fu-*

gam, ſed vocem cãtantium ego audio. Samaritanus noſter ab animaduerſione antiqui illius Scholiaſtis nihil diſcedit. ࠀࠉࠍ· ࠒࠅࠋ·
ࠏࠍࠅࠕ· ࠂࠁࠓࠄ· ࠅࠀࠉࠍ· ࠒࠅࠋ· ࠏࠍࠅࠕ· ࠇࠋࠅࠔࠄ:· ࠒࠅࠋ·
ࠏࠍࠅࠕ· ࠀࠍࠊࠉ· ࠔࠌࠏ:. Ab Hebræo Iudaico duabus tantùm literulis differt Samaritanum, quarum vna ad ſignificationem nihil confert. Scribit enim גברה defectiuè, Iudæi verò plenè. Interpretationes tamen diuerſiſſimæ, ſed omnis diuerſitas à diuerſa pronũtiatione, & vna literula exoritur. Ita legit Samaritani Pentateuchi interpres Græcus, אֵין קוֹל עֱנוּת גְבֻרָה וְאֵין קוֹל עֱנוּת חֲלוּשָׁה׃ קוֹל עֱנוּת אָנֹכִי שֹׁמֵעַ. Mirabitur fortè linguæ Hebraicæ Tyro quod dictionẽ ענות cum ſchurec notauerimus, & *reſponſionem* reddiderimus. Sed ita afficitur, pſal. 22. verſ. 25. neque afflictio à 70 Interp. explicatur, ſed *deprecatio*, & à Salomone Iarki vtroque modo, *Clamor, deprecatio, afflictio, humilitas*. Quanquam autem nulla niteremur autoritate, cuiuis non rudi nec maleuolo nomen aliquod ex natura ſua ſic explicari poſſe ſufficit.

cit. Quàm multa consentientibus omnibus Iudæis præter & cõtra regulas omnes Grãmaticas in scriptura scribuntur, punctuantur, & construuntur: Quàm multa semel tãtùm & inuitâ Grammaticâ in vna aliqua significatione vsurpãtur. Quid ergo mirum esset, si codicem suum secutus Interpres dictionem aliquam heterocliticam ex sola etymi, & sensus ratione vertisse deprehenderetur. Sed qui literaturã Hebraicam primoribus labris seriò delibauit, Monitore hîc opus non habet, vt intelligat Samaritani codicis interpretem Græcum, verbum verbo reddidisse; mirabitúrque Samaritanos literulam, qua in hoc versu differebant à Iudæis, tot sæcula illibatam conseruasse. Codex Iudaicus quo 70 Interpretes vsi sũt, dictionem יין complectebatur, nisi quis sensûs expressiùs significandi causa ab illis additam fuisse causetur.

Sexto, memorabilem Procopij Gazæi in VII
vers. 6. & 9. cap. 1. Deuteron. animaduersionem præcedentibus attexam, vers. 6. cap. 1.

Deuteron. ita Moſes populum Iſraeliticum alloquitur, *Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis quod in hoc monte manſiſtis: reuertimini & venite ad montem Amorrhaeorum, &c.* vſque ad verſum 10. Verba iſta, inquit Procopius, nullibi inueniuntur dicta populo in Horeb niſi iuxta Samariticum exẽplar in Numeris poſt duarum tubarum legem. Eadem inuenimus poſt latam tubarum legem in codice noſtro. Numer. cap. 10. poſt verſum 10. tres illi verſus diuinitus populo dicuntur, qui praeter Samaritana ab omnibus exemplaribus abſunt. In lectoris gratiam huc illos referam, ࠅࠉࠃࠁࠓ ࠉࠄࠅࠄ ࠀࠋ ࠌࠔࠄ ࠋࠀࠌࠓ ࠓࠁ ࠋࠊࠌ
ࠔࠁࠕ ࠁࠄࠓ ࠄࠆࠄ ࠐࠍࠅ ࠅࠎࠏࠅ ࠋࠊࠌ ࠅࠁࠀࠅ ࠄࠓ ࠄࠀࠌࠓࠉ ࠅࠀࠋ
ࠊࠋ ࠔࠊࠍࠉࠅ ࠁࠏࠓࠁࠄ ࠁࠄࠓ ࠅࠁࠔࠐࠋࠄ ࠅࠁࠍࠂࠁ ࠅࠁࠇࠅࠐ ࠄࠉࠌ ࠀࠓࠑ
ࠄࠊࠍࠏࠍࠉ ࠅࠄࠋࠁࠍࠅࠍ ࠏࠃ ࠄࠍࠄࠓ ࠄࠂࠃࠅࠋ ࠍࠄࠓ ࠐࠓࠕ
ࠓࠀࠅ ࠍࠕࠕࠉ ࠋࠐࠍࠉࠊࠌ ࠀࠕ ࠄࠀࠓࠑ ࠁࠀࠅ ࠅࠓࠔࠅ ࠀࠕ
ࠄࠀࠓࠑ ࠀࠔࠓ ࠍࠔࠁࠏࠕࠉ ࠋࠀࠁࠕࠉࠊࠌ ࠋࠀࠁࠓࠄࠌ
ࠋࠉࠑࠇࠒ ࠅࠋࠉࠏࠒࠁ ࠋࠕࠕ ࠋࠄࠌ
ࠅࠋࠆࠓࠏࠌ ࠀࠇࠓࠉࠄࠌ. *Et locutus eſt Dominus Moſi dicens, ſatis eſt vobis habitaſſe in monte iſto; reuertimini & proficiſcimini, & veni-*

te in montem Amorrhæi, & ad omnes vicinos eius, in campestria, in montes, & in planiciem, ad meridiem, & ad littus maris; terram Chananæorum & Libani, vsque ad fluuium magnum, fluuium Euphratis: Videte, dedi ante faciem vestram terram illam. Ingredimini & possidete terram, quàm iuraui patribus vestris, Abrahæ, Isaco, & Iacobo daturum semini eorum post eos. Hæc textui Hebraico à Samaritanis in numerorum libro superadduntur, quæ si non scripta, saltem à Deo tum dicta fuisse Deuteronomij autoritas conuincit.

Alterum eiusmodi refert Procopius ibidem, quod eadem Deuteronomij autoritate nititur. Iterùm enim eiusdem capitis vers. 9. Moses populum meminisse iubet se illis eodem tempore dixisse, *Non possum solus sustinere vos, quia Dominus Deus vester multiplicauit vos, &c.* vsque ad versum 19. Notat Procopius hæc verba vbi dicta fuerint ante Deuteronomium nusquam haberi, nisi in codicibus Samaritanis.

Hæc, inquit, *in Exodo adhærent codicibus Samaritanis: Quando videlicet ſocer Moſis ei conſuluit, vt plures principes reipublicæ conſtitueret.* Eoſdem verſus in codice noſtro deprehēdimus in eodem Exodi loco quem ante mille & centum annos annotauerat Procopius: Exodi ſcilicet cap. 18. poſt verſum illius capitis 24. ſed quia verba illa longiora ſunt hîc prætcrimus.

VIII Septimò, omnibus quæ diximus longè memorabilius eſt, quod ſcripſit Euſebius magnus ille, & vndequaque doctiſſimus Eccleſiæ Chriſtianæ hiſtoriographus libro primo Chronicorum, variæ, & omnifariæ hiſtoriæ. Supputat ille genealogias à diluuio ad primum Abrahæ annum ſecundum 70 Interpretes, ſecundum Hebræum textum Iudæorum, & ſecundum Hebræum textum Samaritanorum. Hiſque recenſitis numeros Samaritanorum numeris 70 Interpretum omnino conſentire affirmat. ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἐπὶ τὸ α ἔτος Ἀβραὰμ, ἔτη Πμβ, ὅποσα ἦν καὶ κατὰ τὴν τῶν ο ἑρμηνείαν. *Si-*

mul collecti à diluuio ad primum annum Abrahæ, anni ſunt 942 quot ſecundum ſeptuaginta interpretationem. Eoſdem numeros in codice noſtro Samaritano reperimus, quales ante mille trecentos annos in eodem codice legerat Euſebius. Iudaici codices à 70 Interpretibus, & Samaritanis plurimùm differunt, annos enim tantùm 292. ſupputant.

Denique idem Euſebius Genealogias enarrãs à creatione mundi ad diluuium vſque, ſecundum eoſdem 70, Iudæos, & Samaritanos, qui omnes à ſeinuicem in hoc temporis ſpatio longè diſtant, eundem Samaritanorum computum conficit, qui nunc vſque in codice noſtro deprehenditur. Sed de hiſce ſupputationibus paulò poſt plura, cum Samaritanæ chronologiæ ex codice noſtro ſpecimen edemus.

Examen Testimoniorum quæ antiquitus ex Samaritano codice citata sunt, & cum Judaico consentiunt.

CAPVT II.

I. *Mirus antiqui codicis Samarit. cum Neoterico consensus.* II. *Versus undecim incipiunt à Nun, & finiunt per Nun.* III. *Solitudo pro sanctificatione.* IV. *Propinquus pro redemptore.* V. *Quid ἐπίσπαστρον, & vehicula lampenica.* VI. *Samaritanorum codex à Masora differt.* VII. *Hallucinatio Masoræ.* VIII. *Quid Exodium.*

SEcunda argumentorum classis, qua codicem nostrum sincerum esse demonstramus à testimonijs illis petitur, quæ cum textu Græco aut Iudaico consentiunt: Illa enim nō secus quàm priora, quod contendimus euincunt. Testimonia illa è Scholiastis Græcis, quæ in notis Romanis in textum 70 Interpretum referuntur, collegimus.
I legimus. Nihil enim citāt de textu Hebræo Samaritanorū quod in nostro eodem modo non inuenerimus: qui consensus non tantùm codicem nostrum sincerum esse confirmat, verùm etiam Samaritanorum

in conseruandis libris suis diligentiam maximopere commendat. Exodi cap. 10. vers. 7. iuxta 70. *Quousque erit nobis hoc scandalum.* Samar, εἰς ἄτας, *in damnum*, vel *infortunium*: Samaritanorum Hebræus textus à Iudaico non differt, עד מתי יהיה זה לנו למוקש, *quousque erit hoc nobis in laqueum* seu *scandalum*: Idem enim est vtriusque, præcipuè hoc loco, & sensus & ratio. Legitur itaque vt olim Scholiastes ille legit. Eodem cap. & versu, *Nunquid scire vis quia periit Ægyptus.* Samarit. πρὶν γνῶς, ὅτι ἀπόλλυται αἴγυπτος. *antequam cognoscas, quia perit Ægyptus.* Ita Samarit. noster, vt Iudaicus, atque vt olim Græcè versum fuit, הטרם תדע כי אבדה מצרים. Exod. cap. 14. vers. 15. 70. *disiungant*: Samar. ἵνα ἀπάρωσιν, *vt proficiscantur, castra moueant.* Noster, ויסעו. Ibid. vers. 20. ita 70. *Et factæ sunt tenebræ, & caligo, & venit nox.* Samar. καὶ ἦν τὸ νέφος, καὶ τὸ σκότος, καὶ ἔφαινε τῇ νυκτί. *Et erat nubes, & tenebræ, & lucebat noctu.* Noster, ויהי הענן החשך ויאר את הלילה, *Et erat nubes tenebrosa & illuminauit noctem.* Iudaicus le-

git ו *et* ante החשך: ita Samaritici Interpres Græcus legiſſe videtur, niſi fortaſſe ſuppleuerit, non cogitans ſecundum ſubſtantiuū apud Hebræos induere naturam Adiectiui.

Huius generis teſtimonia plura ſunt, quæ omnia perſequi argutulus labor lectori non immeritò videretur: Illa igitur breuiſſimè percurram. Exodi 23. v. 16. *Et feſtum conſummationis*, Samarit. συνεισφορᾶς, appoſitè ad Hebræum, וחג האסף, *& feſtum collectionis*; eodem ſenſu Aquila συλλογῆς, & Symmachus συγκομιδῆς, Leuit. 8. 15. *& mundauit altare*. Samar. καὶ ἱλάτευσεν, *& expiauit*. Sic noſter ויחטא את המזבח, exactè ad interpretem Græcum. Leuit. 13. verſ. 8. μετέπεσεν, *dilapſa eſt*, Samar. ἐπλατύνθη, *dilatata eſt*, noſter, פשתה, *diffudit ſe*. In eundē ſenſum Aquila ἐπέδωκεν Symmachus, ὑπερέβη, Theodotion διακέχυται. Ad primam dictionem verſus ſequentis
11 adnotant Maſorethæ, יא פסו' רישי' נון וסופי' נון
undecim ſunt verſus qui incipiūt à Nun, & finiūt per Nun. Sed iuxta Samaritanos quibus cōſentiunt 70, hic verſus incipit à Vau, non

non à Nun. Leuit. 25. verſ. 5. *Et vuam ſanctificationis tuæ non vindemiabis*, Samarit. τῶν χέρσων, *ſolitudinum*, noſter נזירך, pulchrè
interpres ille reddidit vim vocis, & ſenſus III
Hebraici, *Nazaræatus tui*. Agitur enim de anno ſeptimo qui Deo conſecrabatur, atque ideo terram colere Iudæis non licebat. Vuam igitur *Nazaræatus tui* vocat vuam ſolitudinum; χέρσος terram incultam, & deſertam ſignificat. Ibid. verſ. 25. *Venerit propinquus*. Samar. λυτρωτὴς, *Redemptor*. Codex IV
noſter גאלו, *redemptor eius* planè vt Iudæorum codex. Rectè autē à 70 Interpretibus, & Vulgata trāſlatum fuit *Propinquus*, cùm qui conſanguinitate propinquior eſſet, redimendi ius prior haberet.

Quòd 70. vertunt Leuit. 26. verſ. 24. *furore obliquo* Samarit. ἐμφιλονείκως, *pertinaciter*, optimè Hebræo reſpondet בקרי, *ex aduerſo*. Vulgata *ego quoque contra vos aduerſus incedam*. Ad vocem קרי, notant Maſorethæ ג' בענין, *tria ſunt in hoc capite*, toties reperitur in codice noſtro, & quater בקרי, vt in Iudai-

co. Verſ. 41. *incircũciſum* Samarit. ἡ ἀκρόβυστος, *præputiatum* לבבם ערל. Notant Maſorethæ has duas voces ſimul iunctas vltra non reperiri. Ezech. 44. verſ. 9. reperitur לב ערל, ſed non eſt לבבם. Verſ. 43. *Et ipſi accipient iniquitates ſuas*, Samarit. ἱλάσονται *expiabunt.* והם ירצו את עונם, optimè vertit, *expiabunt iniquitates ſuas*, exoluendo ſcilicet pœnam illis debitam. Pagninus vertit ſimiliter, *expiabunt.* Numer. 4. verſ. 25. *cooperimentum*, Samar. ἐπίσπαστρον, velaminis genus eſt ita dictum quod mobile ſit, attrahi, retrahique poſſit. Codex noſter מסך, *tegumentum*, Vulgata *velamen.* Num. 7. verſ. 3. *vehicula lampenica*, Samarit. δυνάμεως, *virtutis*, Codex noſter, שש עגלות צב, variè explicatur vox צב, Aquila σκεπαστὰς *tecta*, ita S. Hieronymus & Salomon Iarki, Scholiaſtes κατασκευαστὰς, *præparata*, *ornata*, Aben-Ezra interpretatur boum genus plauſtra trahentium. Vterque Rabinus in ſuam ſententiam refert id quod dicitur Eſaiæ 66. verſ. 20. בצבים ובפרדים. Euſebius Emiſſenus *vehicula lampenica* inter-

pretatur διατρόχους, quibus curritur, expedita, agilia, quæ ζηρώτια vocantur. Itaque propter verbi homonymiam nihil certi colligi poteſt.

Maſorethæ ad vocem עגלות, notant ג' חס' ופלוגת' עליה כי אמרי עגלות, *tria defectiua ſunt, ſed eſt controuerſia ſuper hoc, nonnulli enim dicunt* עגלות. Tria illa loca enumerat Maſora magna textualis, quæ eodem capite continentur. Sed plenè voces eaſdem effert Samaritanus codex. Rurſus repetit verſ. 6. tria VI
eſſe defectiua in illa ſignificatione, ג' חס' בליש', ſed verſu 7. ad vocem עגלות plenè ſcriptam ſic adnotat, ב'מ'ל בתור' אשר שלח יוסף, *duo ſunt plena in lege, quos miſit Ioſeph*. Hoc eſt, duo ſunt plena in lege quorum vnum eſt hîc, alterum vbi dicitur *currus quos miſit Ioſeph*, quod habetur Gen. cap. 45. verſ. 27. vbi rurſus adnotatur ב'' מל בתור'. Craſſa Ma- VII
ſoretharum hallucinatio, ter enim in eadem ſignificatione plenè ſcribitur illo ipſo capite, & ſemel cap. 46. verſ. 6. vel dicēdum impreſſa Biblia, tam à Iudæis quam à Chriſtia-

nis perperam ter עגלות scripsisse. Quid quod R. Menahem in libro, cui nomen fecit, שתי ידות, pag. 17. ait Meir antiquum Rabinũ adnotasse עגלות eiusdem versus septimi defectiuum esse, & sine vau scribendum?

Numerorum cap. 13. vers. 33. Et protulerũt *pauorem terræ*. Samar. ὄνειδος κατὰ τῆς γῆς, *opprobrium contra terram*: ויוציאו דבת הארץ, *Euulgauerunt infamiam terræ*. Appositissimè tamen ad sensum 70 verterũt ἔκστασιν, ea enim referebant exploratores terræ, quæ in ectasin, & stuporem auditorum animos commouere poterant. Iudæi consimiliter, nisi quod defectiuè priorem dictionẽ scribunt. Num. 18. vers. 7. *dationem Sacerdotij vestri*, Samar. καὶ δόματα δώσω τῆς ἱερατείας ὑμῶν, *& dono dabo Sacerdotia vestra*, ומתנה אתן את כהנתכם Aliter hæc verba verti nõ possunt, nisi quis aberrare velit: 70 אתן non legerunt in codice suo, nec Iudæi nunc legunt, vau. Numer. 29. vers. 1. *dies significationis erit vobis*, Samariticus, ἡμέραν ἀκουστὴν, *diem sonoram*, Codex noster יום תרועה יהיה לכם. Vulgata, *dies clan-*

goris est & tubarum. Nemo non videt codicem nostrum vbique cum eo quo vsi sunt sancti Patres consentire. Ibid. vers. 35. *Et die octaua Exodium erit vobis*. S. Cyrillus ait pro Exodio in Samar. haberi, τελείωσις ἐπισχέσεως. *Consummatio prohibitionis*, Codex noster, וביום השמיני עצרת תהיה לכם, quæ verba ab interprete rectissimè versa sunt. עצרת, enim prohibitionem & conclusionem significat, atque ita vocatur celebris festi dies octaua & vltima, qua plebs ab omni opere seruili non secus, ac prima die vacabat. Eodem sensu, sed non tam multa complectente, diem illum 70 vocarunt Exodium, quia vt notat Theodoretus quæst. 32. dies ille finis est, & exitus festi. Numer. 31. vers. 26. *Accipe caput spoliorum*. Samar. λάβε τὸ τέλος, *Accipe summã*. Codex noster שא את ראש. Vulgata, *tollite summam*. Pagninus, *Cape summã*. Numer. 32. vers. 12. *Chaleb filius Iephonne ille segregatus*. Samar. ὁ κενεζαῖος *Kenezæus* Codex noster הקנזי, ita Iudaicus: pro nomine Gentili sumpsit antiquus Samaritani VIII

Pentateuchi interpres, ſicut & S. Hieronymus. Aliter ſanè legiſſe videntur 70, qui ſegregatum tranſtulerunt.

Examen teſtimoniorum quæ olim ex codice Samaritano citata ſunt, & cum Neoterico non videntur conſentire.

CAPVT III.

I. *Vita Mathuſalæ in codice Samarit. longè breuior quàm in Iudaico.* II. *Eoſdem annos Mathuſalæ ex Samaritano Euſebius olim collegit.* III. *Quæ propria ſignificatio verbi* שטם. IV. *Dictionis* רבו *ſignificatio ex Rabinis diſcutitur.* V. *Quid Maſorethis* מוקדם ומאוחר, *anterius & poſterius.* VI. *In dictionibus 62. Bibliorum Iudaicorum literæ tranſponuntur.* VII. *Tranſpoſitio ſimilis apud 70 notata.*

ARgumentorum tertia claſſis contrarium colligere videtur eius quod cõtendimus: Ea enim teſtimonia complectitur, quæ codicem noſtrum minimè ſincerum eſſe demonſtrare videntur. Diſcuſſa tamen & accuratè conſiderata ſententiam noſtram confirmant, vt iam iam lector experientia doctus fatebitur. Primùm eſto

S. Hieronymi quæſtionibus in Geneſim. *Reſtat ergo, vt quomodo in pleriſque, ita & in hoc ſit error in numero; ſiquidem & in Hebræis & Samaritanorum libris ita ſcriptum reperi: Et vixit Mathuſala centum octoginta ſeptem annis, & genuit Lamech; 782, annos, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Mathuſala anni nongenti ſexaginta nouẽ, & mortuus eſt. Et vixit Lamech 182. annis, & genuit Noe, &c.* Quis de iſtis verbis non ſtatim colligat ex Samaritanorum non ſecus, ac Iudæorum codicibus manifeſtum eſſe Mathuſalam in 969. annum vitæ dies produxiſſe, Lamechum verò anno 182. Noachum genuiſſe? Codex tamen no- 1
ſter Mathuſalæ annos tantùm tribuit 720. affirmátque anno vitæ ſuæ 67. Lamechum genuiſſe: Lamechum verò Noachum cum annum ageret 53. Non eſt igitur is de quo vſus eſt S. Hieronymus. Scopus tamen & verba eius ſi diligentius perpendantur, nihil nobis officiunt. Collegerat paulò ante S. Hieronymus errorem irrepſiſſe in numeros

70. Interpretũ, ex quibus consequitur Mathusalam quatuordecim annis post diluuiũ superstitem fuisse. Ait igitur huic Arithmeticæ cõclusioni nõ modo Iudæos, sed etiam Samaritanos contradicere. Propositionem suam probat numerorum Iudaicorum inductione, quibus concordes sunt Samaritani. Concordia illa intelligenda est in summæ de qua cõtrouertebatur collectione & ἀπροσλογία; non autem in partium enumeratione: hoc est, Samaritanos & Iudæos vitã Mathusalæ vltra diluuium non producere, sed vtrosque in anno diluuij illam finire & terminare: Non inde tamen sequitur vtrosque eodem epilogismo id præstare. Quod certè ex dictis euidenter patet; 67. enim, & 53. iuncti conficiunt 120. quibus si addantur anni Noachi 600. cum diluuium contigit, conficient anni 720. quorum vltimus, Mathusalæ quoque postremus fuit.

11 Præter rationis istius vim maximam quæ nodum istum facilè enodat, Eusebij Cæsariensis à quo decerpit S. Hieronymus quæcunque

cunque habet historica, autoritate nitimur. Vir ille doctissimus genealogias ante diluuium enarrans secundum 70, secũdum Iudæos, & secundum Samaritanos, Mathusalæ & Lamecho ex Samaritanorum sententia eundem annorum numerum tribuit, quem nos è codice nostro: Eusebij fragmẽtum integrum infra repræsentabimus. Quis diligentissimo Eusebio de istis in Chronicis & ex instituto differenti affirmabit S. Hieronymum hæc obiter tractantem contradicere? Ita verò sit, duo tamẽ obtinebimus, Codicem nostrum Eusebio ante mille & trecentos annos scribenti per omnia consentire. Alterum, hac in causa Eusebio longè magis quàm S. Hieronymo assentiendum, quum hic emergens dubium leuiter tangat, ille verò data opera ingentique cum molimine omnium temporum iuxta Græcos, Iudæos, Samaritanos, Chaldæos, Ægyptios, Tyrios, celebresque omnes populos chronologiam nobis exhibeat. Sed in has angustias sese coniicere minimè necesse est,

cum ex dictis tota rei difficultas facilè conciliętur: & consequenter ex verbis S. Hieronymi firmum pro sinceritate Codicis nostri argumentum adstruatur.

Secundò, ad hæc verba Genes. 49. vers. 23. *Maledicebant, & intẽdebant in eum Domini sagittationum*, Scholiastes adnotat Samaritani Pentateuchi Græcum interpretem sic vertisse, καὶ ἐμίσησαν αὐτὸν κάτοχοι μερίδων, καὶ διέμεινεν ἐν βάθει τόξευμα αὐτοῦ. *Et oderunt eum studiosi partium, & permansit in profundo sagitta eorum*, αὐτῶν legendum videtur non αὐτοῦ. Codex noster ita habet, [illegible] [illegible]. Quæ verbo tenus sonant, *Et amaritudine affecerunt eũ, & litigauerunt cum eo, & oderunt eum Domini sagittarum*. Hæc verba *& permansit in profundo sagitta eorum*, si quis non iniquè consideret, periphrasis sunt istorum, *& oderunt eum Domini sagittarum* seu sagittarij, effectũ metonymicè pro causa dixit: Emissa enim sagitta profundè tũc penetrat, cum Sagittarius odio ingenti hostẽ persequitur.

Ne igitur eadem repeteret Interpres, alio verborum ambitu vſus eſt. Attentiùs adhuc III
ſi cõſideremus verbi שטם ſignificationem, propiùs aberit codex noſter ab Interprete Græco: שטם non tantùm odium ſignificat, ſed etiam præ odio & furore minitari, vt cap. 30. Iob. verſ. 21. בעצם ידך תשטמני, *In robore manus tua intendis mihi*, præceſſerat, *vertiſti te in crudelem mihi*. Ita enim hîc verterunt 70, *& intendebant in eum*. Appoſitè igitur & ſenſui & verbis codicis noſtri trãſtulit antiquus ille Samaritani Pentateuchi interpres. Verbum autem de verbo non ſemper vertiſſe, præterquam quod hoc credere rationi conſentaneum eſt, exemplo licet hoc probare. Leuit. 13. verſ. 51. *lepra permanẽs eſt*, Samar. habet φιλόνεικος, *pertinax*, *obſtinata*: codex meus, צרעת ממארת; paulò antea hæc verba interpres idem verterat παλαιουμένην, lepram *inueteraſcentem*, Vulgata *perſeuerantem*.

Quod vertimus, *& litigauerunt cum eo*, IV
in Hebræo Iudæorum habetur, ויריבו: He-

braizantes explicant, *& iaculati ſunt*, quod mihi non ſatis cohærere videtur. S. Hieronymus vertit, *& iurgati ſunt*; legit רָבוּ à radice ריב litigare, contendere: Iudæi legunt רֹבּוּ tanquam à רבב, vnde verbũ quod multiplicare ſignificat per iaculationem interpretari coguntur, cuius rei nulla alia ratio eſt quàm peruerſa punctuatio. R. tamen Salomon Iarki interpretatur vocem illam per contentionem, ſed paſſiuè ſumptam hoc modo, *facti ſunt ei fratres eius viri contentionum*. Exiſtimátque tertiam eſſe perſonã pluralẽ præteriti puhal, cum alij ex ancipiti punctatione ad coniugationem Kal illam referãt. Verùm quia huic Rabino hanc dictionẽ ἀκριβοῦσθαι placuit, & à ſocijs diſcedere, ipſius verba referem⁹. נעשו לו אחיו אנשי ריב. ואין הלשון הזה לשון פעלו שאם בן היה לו לינכוד ורבו כמו המה מי מריבה אשר רבו וגו' ואף אם לשון רביית חצים הוא כן היה לו לינקוד אינו אלא לשון פועלו כמו שמו שמים שהוא הושמו וכן רמו מעט שהוא לשון הורמו אלא שלשון הורמו והושמו ע"י אחרים ולשון שמו רמו רבו מאליהון הוא משוכמים את עצמם נתרוממו

מעצמם נעשו אנשי ריב וכן דומו יושבי אי כמו נרמו׳
Facti sunt ei fratres eius viri contentionum: Non est autem significatio ista actiua; quia si ita esset, punctaretur רבו *(sicut in hoc hemistichio) illæ sunt aquæ contentionis quæ contenderunt, &c. Atque etiam si esset ei significatio jaculationis sagittarum, neque sic esset punctanda aliter, quàm in significatione puhal, sicut* שמו שמים *desolamini cæli, quod idem est cum* הושמו, *& sic* רמו *quod significat* הורמו, *sublati sunt. Verum quia significatio* הורמו *&* הושמו *denotat agentem, qui passionem infert, significatio verò* שמו, רמו, רבו, *passionem sine agente, desolati scilicet à seipsis, in altum à seipsis sublati, (ideo* רבו *significabit) facti sunt viri contentionum. Et sic* דומו, *&c, sicut passiuum* נרמו, *perditi sunt habitatores insulæ, &c.* Quatuor exempla quæ citat, desumpta sunt, ex Numer. 20. vers. 13. Ierem. 2. vers. 12. Iob 24. vers. 24. Esaiæ 23. vers. 2. Alia est Kimhi & Aben-Esræ sententia: Iaculationem enim interpretantur. Sed codex noster illam in futuro hiphil exhibens, om-

nem explodit homonymiam. Verùm de hoc loco plus satis.

Genes. 50. vers. 19. *Ne timeatis, Dei enim sum ego.* Samarit. μὴ φοβεῖσθε, καὶ γὰρ φοβούμενος θεὸν εἰμι ἐγώ. *Ne timeatis, etenim timẽs Deum ego sum.* Codex verò noster ࠀࠋ ࠕࠉࠓࠀࠅ ࠊࠉ ࠄࠕࠇࠕ ࠀࠋࠄࠉࠌ ࠀࠍࠉ: *Ne timeatis, Nunquid loco Dei ego sum.* Omnis ista lis vnius literulæ permutatione cõponi potest. Si enim loco התחת legamus החתת tum verbum verbo reddetur, *nunquid coram Deo consternatus ego sum.* Subaudita propositione ante nomen אלהים: vel actiuè, *Deum enim timẽs ego sum,* nonnunquam enim חתת, sic explicatur, vt Iob. 41. vers. 25. à Leui Ben Gerson & à S. Hieronymo. Immò istius verbi passiuum à Paraphraste Chaldæo, Malach. 2. vers. 5. *timuit* exponitur. Etsi verò ita explicatum nunquam deprehenderetur, ex consimili significatione ita posse explicari in eiusmodi textuum ex Interpretis sententia restitutione satis est. Quàm multa enim semel aut iterum in vna quapiam significa-

tione apud autores Biblicos vſurpantur? Aduerſus hæc qui tumultuantur, miſeratione egét, non caſtigatione. Iſta autem literarum tranſpoſitio in textu Iudaico frequens eſt: Illam Maſorethæ vocant proprijs vocabulis, מוקדם ומאוחר, *anterius & poſterius*, ὕστερον πρότερον. Elias Leuita ſermone primo libri Maſoreth hammaſoreth in explicatione tertiæ ſpeciei קרי וכתיב, ſic eã explicat, יש מלות שכתוב בהן אות אחת מאוחר שלא כדין ובקרי האות ההוא מוקדם כדינו והן סב במספר. *Dictiones ſunt in quibus littera vna poſterius ponitur, non autem ſecundum formam; in lectione verò litera illa anterius iuxta formam ſuam reponitur. Sunt autem eiuſmodi numero ſexaginta duæ.* Maſorethæ Eccleſ. 9. verſ. 4. ad vocem יבחר totidem enumerant, הוא חד מן סב מלין דכתיב מוקדם ומאוחר. *Iſta vna eſt ex 62. dictionibus, quæ ſcribuntur præpoſterè.* Legendum enim præcipiunt יחבר *adiungetur* cum ſcriptum ſit יבחר *eligetur*. Idem ὕστερον πρότερον, ſeu מוקדם ומאוחר commiſerunt 70, vt notat S. Hieronymus in c. 12. verſ. 10.

Zachariæ, cum verterunt, *pro eo quod insultarunt*, ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο: S. verò Ioannes cap.19. verſ. 37. εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, *in quem confixerunt*, legerunt 70 רקדו, Ioannes vt nunc eſt in textu Iudaico דקרו. Plura vide ſi lubet
VII in præfatione noſtra ſect. 22. 23. 24. Denique hoc demus, nullam eſſe literarum metatheſin, quiſque facile videt Interpretem Græcum in eundem ſenſum cum codice noſtro conſpirare, & nullo negotio cõciliari poſſe.

Fortaſſe negotium alicui faceſſet, quod Exod. 8. verſ. 21. tranſtulerat olim Samaritici Pentateuchi interpres κόρακα coruum vbi 70 vertunt *cynomyiam*, Vulgata, *omne genus muſcarum*. Codex enim noſter non ſecus ac Iudaicus habet הערב, ſed hoc diſcrimen effecit diuerſa punctorum mente tenuus collocatio, עָרֹב enim confuſam ſignificat diuerſorum inſectorum colluuiem, עֹרֵב autem coruum. Exod. 26. verſ. 5. 70. legunt, *faciem contra faciem concurrentes ad inuicem ad vnamquamque*. Samar. διαδεχόμεναι συμβολαὶ μία πρὸς μίαν ἀντιπροσώπως κατὰ τὸ προσέ-

χειν ἀλλήλαις, *excipientes ſe commiſſuræ vna ad vnam obuerſa facie, ita vt ſibi inuicem incũberent*. ࠌࠒࠁࠋࠕ ࠄࠋࠋࠀࠕ ࠀࠔࠄ ࠀࠋ ࠀࠇࠕࠄ. *Excipientes ſe commiſſuræ vna ad vnam obuerſa facie*, oppoſitionem infert illa phraſis, atque ita omnes Hebræo-Iudaica verba interpretantur. Supereſt pericope iſta, *ita vt ſibi inuicem incumberent*, quæ à noſtro codice abeſt. Verùm cum nihil aliud ſit, quam verborum præcedentium periphraſtica explicatio, eam marte ſuo textui addidit Interpres. Eandem addidit quoque S. Hieronymus, cum ſic vertit, *ita inſertas, vt anſa contra anſam veniat, & altera alteri poſsit aptari*. Illa enim verba, ſi ſenſum non ſpectes, neque in Hebræo Iudæorum, neque in Hebræo Samaritanorum reperiuntur. Nullus vnquam interpres tanta verborum ξηροκακοζηλίᾳ laborauit, vt nonnunquam explicationis adiuuandæ cauſa verbŭlum aliquod marte ſuo non addiderit. Interpres ללאות vertit commiſſuras, alij anſas, alij la-

queolos, quibus ſcilicet aulæa ſibi inuicem cohærebant.

Denique Leuit. cap. 1. verſ. 17. *Et non diuidet*, Samarit. μαδίσι, *non depilabit*, ſeu *non lauigabit*. Codex noſter vt Iudaicus ולאיבדיל *& non ſeparabit*. Verbum iſtud Interpres reddidit non abſtractum, vt ita loquar, ſed cum ſenſu periodi concretum. Agitur de turture; iuſſum fuerat verſu præcedente, vt ingluuies eius cum pluma auferretur, & proijceretur iuxta altare in locum cinerum. Nunc iubet vt turtur ſub alis findatur, ſed non ſeparetur: Intellexit hoc Interpres de pluma, turturem ſcilicet ſub alis ſecandam ſed non deplumandam, ideo verbo vſus eſt, quo vtrũque ſignificaret. S. autẽ Hieronymus intellexit ſecãdam eſſe ſed non ferro, ſenſumque iſtum additamento illuſtrauit, *& non ſecabit, neque ferro diuidet eam.* Si quis tamen vrgeat aliter interpretem legiſſe, quàm nunc in codice noſtro ſcribatur, me habebit non admodum refragantem. Samaritanos enim non ſecus,

ac Iudæos ſuis libris poſſe περιγράφειν, facilè admitto: fieri igitur potuit vt verba quædam olim adfuerint, quæ nunc abſint. Verùm complexio eiuſmodi tãtùm neceſſaria eſt cum aliquid in verſione additur textui contrarium, aut ſaltem ita diuerſum vt ad cæterorum illuſtrationem non pertineat. Hæc de ſinceritate codicis Samaritani Neoterici dicta ſunto.



DE VTILITATE Samaritani Pentateuchi.

EXERCITATIO IV.

Quæstio ex Geneseos verbis indissolubilis iuxta Samaritanorũ Pentateuchum nullo negotio soluitur, deinde iuxta S. Hieronymũ & Iudæos antiquos, & recẽtiores enarratur.

CAPVT PRIMVM.

I. *Aliorum sententiæ ex propria sententia assentiri oportet.* II. *Proponitur nodus à S. Hieronymo iudicatus indissolubilis.* III. *Soluitur ex Pentateucho Samar.* IV. *Historia de liberatione Abrahæ ab igne, ex antiquis Iudæorum libris refertur.* V. *Abraham patria Cuthæus erat, Haran quoque in Cuthæa.* VI. *Impij etiam viuentes à scriptura mortui dicuntur.* VII. *Pulchra loci prophetici ex Talmude explicatio.* VIII. *Biblia impressa & manuscripta contradicunt Rabinorum, & Masoræ traditioni de inuersione literæ Nun.* IX. *Differentia inter literas quæ punctatæ & coronatæ dicuntur.* X. *Masoræ variæ contradictiones enumerantur.* XI. *Quomodo Nun separatum & inuersum scribi debeat, & Bibliorum impressorum hac in re varij errores.* XII. *Quid illa inuersio significet ex Zohar explicatum.*



Tilitas Samaritani codicis inutiliter nunc confirmari non abs re existimabitur. Quis enim de huius scripturæ pretio dubitare potest, quam Patres

tanti fecerunt? quam Græcè translatam, vt semper illis præsto esset, habere voluerunt? quam toties, qui editionem 70 Interpretũ Romæ instaurarunt, antiquorum Scholiorum ope cum sacro & authentico textu comparatunt? Vera quidem hæc sunt, sed exhibitis nõnullis speciminibus vtilitas fiet illustrior, hisque insuper studijs nõ inanem operam Patres dedisse constabit. Aliorum sententiæ ex proprio sensu assentiri vtile & iucundum est, iuxta Hebræorum axioma,
שתין מליכין יהון לך ומליכות נפשך לא תשבק. *Quã-* 1
quam sexaginta sint tibi Consiliarij, animæ tamen tuæ cõsilium ne deseras. Æquitas caussæ interpellata, licet explorata sit, ἐρημοδικία iustè tandem condemnatur. Triplici igitur argumentorum genere vtilitatem istam demonstrabimus. Primum à testimonijs illis petetur, quæ textum authenticum adiuuant & illustrant, aut cõtra textus Hebraici corruptelas confirmant. Textum authenticum illum voco, qui ab Ecclesia authenticus & canonicus declaratus est, atque vt

eiusmodi Christianis publicè, & priuatim legendus proponitur.

Ex versu vltimo cap. vndecimi Geneseos, qui sic se habet, *Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.* Chronologica quæstio admodũ difficilis oritur, quam ipsissimis S. Hierony-
11 mi verbis proponam, *Indissolubilis nascitur quæstio, si enim Thare pater Abrahæ cum adhuc esset in regione Chaldæa, septuaginta annorum genuit Abrahã, & postea in Charran ducentesimo quinto ætatis suæ anno mortuus est, quomodo nunc post mortem Thare, Abraham exiens de Charra, septuaginta quinque annorum fuisse memoratur: cùm à natiuitate Abrahæ vsque ad mortem patris eius centum triginta quinque anni fuisse doceantur.* Vt quæstionẽ istam dissoluat Sanctus, ad fabulas confugit Iudaicas; Abrahã videlicet, quod ignem adorare nollet, in ignem à Chaldæis coniectum fuisse, & Dei auxilio liberatũ, atque ab eo tempore, velut ab insigni epocha, ipsius ætatem numeratã

fuiſſe; Ideo de Vr, hoc eſt, de igne Chaldæorum dictũ exiiſſe. Aran autem eodem igne conſumptum fuiſſe volunt Iudæi, eo quod ante Patrem ſuum Thare mortuus feratur in Vr Chaldæorum. Alio modo ſe torquet S. Auguſtinus lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 15. & quæſt. 25. in Geneſim, vt ex hac difficultatis abyſſo tãdem emergat, quem, alioſque Geneſis interpretes conſulet, qui voluerit; nos enim hac in opella Hebræis vulgóque incognitis autoribus inhæremus.

Nodum iſtum plurimùm ſtringunt S. Stephanus actor. 7. & 70 Interpretes, qui ab Hebræo Iudæorũ codice non diſſentiunt; quibus addi poteſt Syrus Interpres, cuius verſio cum Europæis nondum viſa fuerit, illius verba huc referemus, ܘܗܘܘ ܝܘܡܘ̈ܗܝ ܕܬܪܚ ܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ. ܘܡܝܬ ܒܚܪܢ. *Et fuerunt dies Thare ducenti & quinque anni, & mortuus eſt in Haran.* Verùm Hebræis Samaritanorum codicibus qui ſtare voluerit, nulla difficultas vmbra terrebitur. Diſertè enim ſcribitur Thare anno ætatis

145. obiisse. Præstemus igitur quod iubet S. Hieronymus superiori solutione enarrata,
III *Si quis huic expositioni contrarius est, quærat aliam solutionem, & tunc ea rectè quæ à nobis dicta sũt, improbabit.* ࠅࠉࠄࠉࠅ ࠉࠌࠉ ࠕࠓࠇ ࠇࠌࠔ ࠅࠀࠓࠁࠏࠉࠌ ࠅࠌࠀࠕ ࠔࠍࠄ ࠅࠉࠌࠕ ࠕࠓࠇ ࠁࠇࠓࠍ. *Et fuerunt dies Thare centũ quadraginta quinqne anni, & mortuus est Thare in Haran.* His verbis nè vmbra quidem difficultatis offundi potest: Thare genuit Abraham cum annum ageret 70; Abraham verò ætatis anno 75. egressus est è Charan patre mortuo, quibus simul iunctis anni 145. colliguntur. Antiquissimam autem esse istã lectionẽ in Samaritanorum codicibus non dubitabit, qui in memoriam reuocauerit illa verba ab Eusebio ante mille & trecentos annos in chronicos canones relata fuisse.

Non erit opinor lectori molestum, si Iudæorum traditionẽ cuius meminit S. Hieronymus ex antiquissimis Iudæorum monumentis eruamus & illustremus. Refert R. Salomon Iarki in Gen. 11. vers. 28. ex antiquo

quo Midras seu Cõmentario, Tharã Abra- 17
hæ filio suo coram Nemrod succensuisse quod ipsius idola confregisset, atque ideo in igneam fornacem immissum fuisse: tum Aran apud se ita disseruisse, si superet Abraham ipsius ero, si verò Nemrod, huic adhærebo. Postquam autem Abraham è periculo ereptus est, ab ijs Aran interrogatum à cuius partibus staret; respondentẽ, Abrahæ, in fornacem præcipitatum & igne consumptum fuisse. Salomonis verba Moses Gerũdensis pluribus illustrat in eundem versum, triplicemque Abrahæ profectionem dilucidè explicat. Primam cum Patre è Cutha in Vr Chaldæorum, in qua vrbe Abraham ait in carcerem coniectum fuisse, & ex ea post ignis periculum, eiectum, & expulsum. Secundam ex Vr Chaldæorum in Charan iterum cum Patre qui illic diem obiit: Tertiam ex Charan in terram Chanaan. Multis autem contendit Moses Abrahæ patriam non fuisse Vr Chaldæorum, sed Mesopotamiam ארם נהרים, atque oriundum esse

v מעבר הנהר, *ex regione transfluuiali:* Aran quidem Thare iuniorem filium in Chaldæa natum eſſe; Sed Abraham in vrbe Cutha, prouinciæ Cuthææ metropoli, quam Meſopotamiæ partem eſſe probat, & ab vrbe Charan non longè diſtare.

Itaque iuxta iſtius Rabini ſententiam, quā ex Talmudis & Rabinorum traditione refert, Iudæi nō tantùm ſunt origine transfluuiales, ſed etiam Cuthæi. Vnde mirum non eſt, ſi literæ Iudæorū primigeniæ transfluuiales ſunt ſiue Hebraicæ. Literis vtebatur Abraham patrijs, hoc eſt, Cuthæis: nec Cuthæi Samariam tranſlati patrios characteres commutare opus habuerunt, cum ad illum vſque diem vtrique & Cuthæi & Iſraelitæ iiſdem characteribus vterentur. Similem hiſtoriam de Abrahamo in Cutha primum habitante, & ibidem in carcerem coniecto refert Abarbinel ex antiquo Rabino, & approbat in Paraſ. לך לך fol. 53. col. 2. 3. Sed his omiſſis, quæ ex autore ipſo repeti poſſunt, ad hiſtoriolam Iudaicam de

mirabili Abrahæ liberatione reuertamur.

Historiam illam integram ex antiquissimi libri Beresith Rabba Parascha 38. referemus. Mulierē, inquit, R. Chaia filius Addæ, offendit Abraham manu catinum gestantem, seu vas quoddam cui simila imponi solet. Cùm autem ipsum interrogaret mulier, an munus aliquod dijs suis offerre vellet, baculum accepit, mulierisque idola confregit, & baculum proiecit. Superueniens pater quid hoc rei sit, percontatur; Respondet Abraham mulierem an litare vellet, ipsum interrogasse, atque eo quod prius comedere se velle dixisset, iurgia orta esse, quibus ingrauescentibus ista confregisse. Verùm reposuit pater rem aliter se habere, conuitiáque multa in Nemrodum audita fuisse. Lite autem ad Nemrodum Regē Babel deducta Abrahamū ignem adorare iussit, אמר ליה אברהם ונסגוד למיא דמטפין
נורא· אמר ליה נמרוד נסגוד למיא· אמר ליה אם כן
נסגוד לעננא דטעין מייא· אמר ליה נסגוד לעננא· אם כן
נסגוד לרוחא דמבדר עננא· אמר ליה נסגוד לרוחא· אמר

ליה ונסנוד לבר אינשא דסכיל רוחא׳ אמר מילין את
משתעי׳ אני איני משתחוה אלא לאור׳ הרי אני משליכך
בתוכו ויבא אלוה שאת משתחוה לו ויצילך הימנו׳ הוה
תמן הרן קאים פליג אמר מה נפשך אם נצח אברהם
אנא אמר מן דאברהם אנא ואם נצח נמרוד אנא אמר
דנמרוד אנא כיון שירד אברהם לכבשן האש וניצול
אמרין ליה דמאן את אמר להון מן דאברהם אנא נטלוהו
והשליכוהו לאור ונחמרו בני מעיו ויצא ומת על פני תרח
אביו׳ *Regeßit ei Abrahã, adora igitur aquam quæ ignem extinguit. Dixit ei Nemrod adora aquam: Respondit Abraham, si ita est, adora nubes quæ aquas restagnationibus præcipites agunt. Insit Nemrod, ergo nubes adora: Ad hæc Abraham, si ita est, adorandus est ventus qui nubes agitat & disgregat. Iterat Nemrod, adora vẽtum: Abraham verò, multò magis adorandus homo qui ventum intelligit.* Tandem Nemrod excandescens, *Verba, inquit, effutis, Ego solum ignem adoro; ideo iam te in medium eius præcipito: Veniat Deus quem tu adoras, & liberet te dextera eius. Stabat ibi Aran litigans; interrogatur quid illius ferat animus; respondet, si superet Abraham, illius ego sum: Si verò*

Nemrod, sum Nemrodi. Postquam ingressus est Abraham fornacem ignis, & liberatus est, dicunt Aran à cuius partibus stas? respondet, Abrahæ: Tum apprehendunt eum, & inijciunt in ignem, combustáque sunt viscera eius, & egrediēs mortuus est in cōspectu patris sui. Sic antiqua Iudæorum traditio mortem Aran coram patre, id est, consentiente patre in Vr Chaldæorum interpretatur, egressumque Abrahæ ex eodem loco, quē ideo Vr, id est, ignem vocatum volunt: Cui expositioni fauere videretur Esdras cap. 9. vers. 7. lib. 2. cum ait Deum Abraham *eduxisse de igne Chaldæorum*. Alij tamen vt Menahem quem referunt Salomon Iarki & Moses Gerundensis, Vr interpretantur ex Isaiæ 11. vers. 8. & 24. vers. 15. Vallem, planiciem, & cauernam. Aben-Esra qui Iudaicis traditionibus minimum tribuere solet, in istam argumentis inuehitur, sed ab Abarbinele multis confutatur.

Quanquam autem Rabini ex antiqua traditione historiam Abrahæ hoc ipso in

loco referant, ex ea tamen quod S. Hieronymus deducit, non collegerunt; ſed alio planè modo nodum hunc chronologicum enodarunt: confugiunt enim ad tropolo-
VI gias non inſulſas. R. Salomon Iarki, quæſtione iſta dilucidè propoſita ſic eã expedit,
ויאמרו לא קיים אברם את כבוד אביו שהניחו זקן והלך
לו לפיכך קראו הכתוב מת שהרשעים אף בחייהם
קרוים מתים· והצדיקים אף במיתתן קרויים חיים
שנאמר ובניהו בן יהוידע בן איש חי, *Dicunt autem Abraham non ſtabiliuiſſe aut procuraſſe gloriam Patris ſui, quem abiens reliquit ſenem. Ideo ſcriptura vocat eum mortuum, quia impij etiam cum viuunt, mortui vocantur: Iuſti verò etiam poſt mortem viuentes dicuntur, ſicut dicitur, & Banaias filius Joiada viri viuentis:* locus habetur 2. Reg. cap. 23. verſ. 20. vbi Vulgata vertit, *viri fortiſſimi.* Conciliatio igitur Rabinica eſt, Abraham deſeruiſſe Patrem ſuum quod eſſet idololatra, atque ideo mortuum à ſcriptura quãquam adhuc viueret, vocatum eſſe. Liber Bereſith Rabba paraſcha 39. à quo forte ſolutionem ſuam

mutuatus eſt Salomon, addit Deum à poteſtate patria Abrahamum exemiſſe vt Parentes Idololatras, & inglorios deſereret. Eadem ex Bereſith Rabba repetit Simeon in libro Ialcut fol.17.col.2.

Eodem ſenſu non inſcitè R. quidam Samuel in Talmudis tractatu עבורה זרה, ſeu de idololatria, ſectione prima ad finem folij tertij, interpretatur hæc verba Habacuc capite primo verſu decimoquarto. *Et*
facies homines quaſi piſces maris, למה נמשלו VII
בני אדם כדגי הים לומר לך מה דגים שבים כיון שעולין
ליבשה מיד מתים אף בני אדם כיון שפורשין מדברי
תורה ומין המצות מיד מתים. *Quare comparantur filij hominum piſcibus maris? vt ſcias ſicut piſces cum educti ſunt in aridam ſtatim moriuntur, ita homines cum ſeparati ſunt à verbis legis & præceptis, ſtatim emori.* Hanc ſolutionem myſticam multis difficultatibus vrget Moſes Bar Nachman, ſed expeditiorem non ſuppeditat. Abarbinel illam præterit dicere contentus ad finem Paraſchæ ni ordinem temporum ſcripturam non ſer-

uaſſe, cum eſſet illi vnicum propoſitum cauſas egreſſus ex Vr & Haran demonſtrare. Verùm Bechai commentario in hunc locũ ei totus acquieſcit, ſæpiúſque ait Thare impium fuiſſe & idololatram; partem ei non fore in ſeculo futuro niſi propter filij ſui meritum, ſeruatumque iri arborẽ propter fructum. Hoc præterea antiquos Rabinos denotaſſe cum Nun in חרן in *Haran* inuerſum ſcribi iuſſerunt. Aliam inuerſionis iſtius rationem de Iudæorum traditionibus reddit, quæ nihil ad noſtrum inſtitutum. Sed quæ ego addam, lectorem notare maximè
VIII velim, non tantùm Bechai ſcribere Nun inuerſum ſcribi debere, verùm etiã Bechai antiquiorem Salomonem Iarki, & vtroque Samſonem in explicatione legis, quæ ipſi attribuitur; omnibus quoque Maſorã, quæ ad marginem vocis iſtius adnotat נון הפוכה, *Nun inuerſum:* in codicibus verò tam impreſſis quàm manuſcriptis omnibus inuerſionis iſtius nullam habitam eſſe rationem.

R. Menahem qui eiuſmodi animaduerſionibus

ſionibus diligẽtem nauauit operã de iſta in-
uerſione ita ſcribit lib. 1. שתי ידות in fine נח pa-
raſchæ אנוכי לא ידעתי מאי הפוכה כי בכל הספרים
כתיבות יד היא ישרה בלי שום שנוי ואין בם זכר הפוך
כלל ובקדמון מצאתי שיש בראשה תג ומסור עליו ן׳
דאקים ראשיהון י״ז באורית׳ ואולי זהו הפוכה כי
כשתהפכנה יראה התג כרגל הנון. *Neſcio ego quid
ſit illa inuerſio, nam in omnibus libris manu-
ſcriptis, nun recta eſt ſine vlla differẽtia, neque
vllũ eſt omnino ſignũ, aut memoria inuerſio-
nis. Inueni quidem in vetuſto libro quod ſit in
capite eius corona, & traditum ſuper hoc;
Quinquaginta punctuantur in capite, quorũ
17. ſunt in lege. Et fortaſſe hæc eſt illa inuerſio:
nam cum inuertuntur apparet corona in for-
mam literæ Nun.* Iſtis literarum coronatio- IX
nibus, ſpinulis, & virgulis nunc tantùm v-
tũtur in ſcriptione Thephillin, Mezuzoth,
& librorum Synagogicorũ. Gloſſema iſtud
veteris libri intelligi non poteſt de vocibus,
quas ſpecialiter vocant נקודות punctatas, de
quibus antiqui Iudæi in tractatu Sophe-
rim, Bereſith Rabba, & Maſora in Geneſ.

16. verſ. 5. & alibi, S. quoque Hieronymus quæſt. in Geneſin, vbi de concubitu Lothi cum filiabus: quindecim enim tãtùm ſunt. Deinde ipſis תג corona non imponitur, aut tenuis virgula erigitur, ſed merum pũctum. Vides quàm incerta ſit, & arbitraria Iudæorum ſcriptio.

Non tantùm excuſis Biblijs, Maſora & Rabini contradicunt, atque iterum Maſoræ & Rabinis manuſcripti libri, verum etiã
x Maſora ſibiipſi contradicit. Nam notat ad Num. 10. verſ. 35. Nouem eſſe verſus in quibus ſignum eſt Nun inuerſi, duos illo capite, & ſeptem Pſalmo 107. Itaque omittitur verſus è Geneſ. vndecimo. Pſalmo verò 107. octo tantùm adnotat quæ ibi vocat, נונין מנזרות, *Nun ſeparata*. Vides iterum quàm Maſora corrigendorum Bibliorum fluxum ſit & caducum fundamentum.

Monebo hîc lectorem ex libro שתי ידות ad Numer. 10. in Biblijs Venetis, atque etiam
xi pluribus alijs in ſede & figura Nun inuerſi quatuor errores commiſſos eſſe. Primò

Nun in ſpatio vacuo ad initium verſus adſcriptam non fuiſſe; ideo enim Nun מנזרה, & non tantùm הפוכה dicitur. Secundò, in media dictione inuerſam eſſe; hoc fieri debuit initio & fine, vt verſus iſta inuerſione quæ ad literas textus non pertinet, inſigniretur. Tertiò inuerſionem illam ita fieri non debere vt caput literæ infernè ſit poſitum, pes verò supernè: quãobrem autem id fieri non debeat, & quomodo aliter efformãda ſit, multis diſputat. Quartò litera illa cæteris maior eſſe non debet, qui error, inquit, in Biblijs Venetis minoris formæ commiſſus eſt. Ex ijs quæ dicta ſunt, editiones quaſuis quiſque caſtigare poteſt. Sententiam autem ſuam præcipuè probat ex antiquis Manuſcriptis Hiſpanicis & Germanicis, atque etiam ex Maſora quæ ad Num. 10. verſ. 35. duos verſus enumerat ex pſalm. 107. qui Nun ſeparato & inuerſo inſigniri debent, in quibus tamen Nun non reperitur. Ioannes Buxtorfius qui Chriſtianorum primus & ſolus Maſoretharum myſteria recluſit,

quique vt alti vir ſpiritus in crambe centies
ex Grammaticalibus Kimhianis recocta,
iterum recoquenda, operam ſemper ludere
noluit, difficultatem cap. 16. commentarij
ſui Maſorethici de hoc loco Maſoræ pro-
poſuit, quam propter non intellectum Nun
inuerſi & ſeparati myſterium ſuperare non
potuit. Nullam autem eſſe, & ex præpoſte-
ra l̃ Nun collocatione originem ducere,
iam ex R. Menahem didicimus. Liber Zo-
XII har hanc inuerſionem & ſeparationem lite-
ræ Nun notauit ad hunc Numer. verſum,
qua ſignificari ait conuerſionem vultus
Dei in Iſraelem cum proficiſceretur: Deum
videlicet caſtris præijſſe, ſed vultu in caſtra
conuerſo, non ſecus ac qui amant oculos ab
obiecto auertere non poſſunt. Figura l̃ Nun
malè etiam in Zohar Cremonenſis editio-
nis efformata eſt. Hæc ad rem pauca, ve-
rùm pro inſtituto nimis multa.

Quæstio in Exodo difficillima iuxta Samar. Pentateuchum facilè soluitur: deinde variæ Iudæorum antiquorum & recentiorum conciliationes enarrantur.

CAPVT II.

I. *Parum viatici via longa.* II. *Pro codice Samar. testimonium perhibent 70 Interpretes, & his antiquißimi Iudæorum libri.* III. *De autore & tempore libri Mechilta.* IV. *De tredecim mutatis in versione 70 Interpretum Iosippus mentionem non facit.* V. *Vniuersa Biblica 70 transtulerunt.* VI. *Versionem 70 Interpretum diuinitus factam esse Iudæi omnes antiqui, & recentiores testantur.* VII. *Iosippus Hebræus autor Neotericus, & fabulis externarum gentium vbique scatens.* VIII. *Variæ Rabinorum conciliationes difficultatis propositæ enarrantur.* IX. *Multæ supputationes in scriptura quorum principia ignorantur.* X. *Iucundæ probationes Cabbalisticæ quibus difficultas dissoluitur.*

VVlgatum est apud Iudæos prouerbium quod cap. 6. tractatus Talmudici כתובות vsurpatur, & ab Aruch in voce זווד refertur, זוודין קלילין ואורחא רחיקא. *Viaticum paucum, via verò longa.* Nobis contrarium vsurpare licet, Viaticum multum, via verò breuis. Plurima enim è Iudæorum libris nobis suppetunt dicenda, sed singula

persequi non fert institutum nostrum: Ne igitur ab eo excidamus, omnia ἐν ἐπιτομῇ, nihil ἐν πλάτει dicemus.

Alterum testimonium nec minoris momenti, nec minoris difficultatis præcedenti subiungam, quod textus Samaritani cõparatione non illustratur; sed penitus enodatur & explicatur. Illud Exod. 12. vers. 40. sic in Iudæis codicibus scribitur, ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים שלשים שנה וארבע מאות שנה וגו'. *Habitatio autem filiorum Israel qua habitauerunt in Ægypto, annorum fuit quadringentorum & triginta, &c.* At qui certum est ex textu Biblico, & de hac re nemo dubitat, Israelitas in Ægypto quadringentis annis captiuos nõ fuisse; annum ducentesimum captiuitas illa non multùm excedit. Verùm si cõsulatur codex Samaritanus omnis difficultas statim euanescit: Ita enim hunc versum effert; ࠅࠌࠅࠔࠁ·ࠁࠍࠉ·ࠉࠔࠓ ࠀࠋ·
ࠅࠀࠁࠅࠕࠌ: ࠀࠔࠓ·ࠉࠔࠁࠅ·ࠁࠀࠓࠑ·ࠊࠍࠏࠍ·ࠅࠁࠀࠓ ࠑ·ࠌࠑ
ࠓࠉࠌ·ࠔࠋࠔࠉࠌ·ࠔࠍࠄ·ࠅࠀࠓࠁࠏ·ࠌࠀࠅࠕ·ࠔࠍࠄ: *Habitatio autẽ filiorum Israel, & Patrum eorum,*

qua habitauerunt in terra Chanaan, & in terra Ægypti, annorum fuit quadringentorum & triginta. Huius lectionis veritas Romanâ 70 Interpretum editione confirmatur, *Habitatio autem filiorum Israel, quã habitauerunt in terra Ægypto, & in terra Chanaan, anni quadringenti triginta.* Scholia notãt alia exemplaria habuisse præterea, αὐτοὶ, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, quod nihil est aliud quã simplex Samaritani textus trãslatio: atque ita omnino legit S. Augustinus quæst. 47. in Exodum, *quam incoluerunt in terra Ægypti, & in terra Chanaan, ipsi, & patres eorum.*

70 Interpretes in eundem sensum vertisse testes sunt ipsi Talmudici, & Babylonij, & istis longè antiquiores Hierosolymitani, cum tredecim quæ mutasse fingunt Interpretes illos, enumerant. Ita hunc versum trãstulisse refert Talmud Babylonicum tractatus Megilla c. 1. fol. 9. ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובשאר ארצות ארבע מאות שנה. *Habitatio filiorum Israel, qua habitauerunt in*

terra Ægypti, & in reliquis terris annorum fuit quadringentorum. Expreſſiùs adhuc ad Græcam tranſlationem Talmud Hieroſolymit. eiuſdem tractatus cap. 1. fol. 71. col. 4. ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובכל הארצות שלשים שנה וארבע מאות שנה. *Habitatio autem filiorum Iſrael qua habitauerunt in Ægypto & in omnibus terris, annorum fuit quadringentorum & triginta.* Liber Mechiltha qui commentarius eſt in quatuor Moſis poſteriores libros, quique teſte Gedalia, fol. 32. Catenæ Cabbaliſticæ, & conſentientibus cæteris Iudæis, à R. Iſmaele ſtatim poſt librum Miſnajoth, eodē tempore quo Thoſaphthæ Iudaicæ, compoſitus eſt, hoc eſt, poſt annum Chriſti 189. & circiter ducenteſimum, eaſdem 13. mutationes 70 Interpretum enumerans, vt præcedentibus antiquior ita 70 Interpretum verbis propior, hunc verſum effert cap. 14. prioris ſectionis iuxta editionem Conſtantinopolitanam anni 1520. ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובארץ כנען ובארץ גושן ל׳ שנים וד׳ מאות שנה, *Habitatio*

bitatio autem filiorum Israel, qua habitauerunt in Ægypto, & in terra Chanaan, & in terra Gossen annorum fuit quadringentorum & triginta. Iosippus Hebræus Basileæ editus initio historiæ suæ tredecim illas mutationes enumerat, sed à Talmude Babylonico, vt pote posterior, non discedit, sicut nec Neoterici Iudæi, qui sæpius eiusdem rei in commentarijs suis meminerũt. Verùm Iosippus integer Constantinopoli anno Christi 1490. regnante Bajazetho editus (nam ille qui Basileæ & Vvormaciæ Munsteri opera & studio prodijt, istius tantùm est compendium) nihil de istis mutationibus refert, quanquam de eadem translatione toto capite 17. agat. IV.

Notabit autem Lector autorem istum disertè asserere non modo legem, sed etiam 24. Iudæorum libros sacros à 72. senioribus esse trãslatos. Plerique Iudæi in eadem sunt sententia, alij in aliam discedunt, ita vt Gedalias fol. 24. post exactam huiusce quæstionis discussionem de ea se nihil certi pro- V

nuntiare posse testetur. Itaque falsissimum
VI solam legem translatam esse Iudæos affirmare: sed verissimum est Iudæos omnes nemine repugnante credere & affirmare 70 Interpretum translationem diuinam esse, illósque maximo cũ miraculo, quanquã domunculis à seinuicem separatos, in vnam sententiam conspirasse. Ita Iosippus ille, & Talmudici tam Babylonici quã Hierosolymitani locis supra notatis, Tractatus quoq; Scribarum paulò post Talmud Babylonicũ in lucem emissus. Patribus omnibus Iudæi omnes consentiunt. E Iudæis nemo, è Patribus solus Hieronymus hac de re dubitauit: solus Hieronymus 70 Interpretum versioni parum æquus fuit, sed tandẽ senex factus in apologia ad Ruffinum sentẽtiam correxit, & quæ duriùs pronuntiauerat, emolliuit. Neque Patres igitur, neque Iudæos sequuntur, qui tam infensis animis in θεόπνευστον illam translationem inuehuntur. Quapropter Sixto V. summo Pontifici cuius diligentia & autoritate diuina illa trans-

latio Ecclesiæ occidentali restituta est, grates pro merito nunquam habebuntur. Addam Iosippum illum Constantinopoli cusum, quanquam verum & antiquum Iosephum sese simulet, quemadmodum videre est cap. 15. autorem esse Neotericum, VII
vt ex neotericis Prouinciarum nominibus vbique colligitur, atque in omni historiæ externæ genere ignorantissimum. Vbicunque enim ad externa digreditur, fabulosa insulsa, ἀπροσδιόνυσα omnia. Mirum est, in quos ille libros de gentium historijs inciderit, ex quibus nihil sani collegit. Sed ad chronologicam quæstionem nostram reuertamur. Dimissis nostrorum dissertationibus quæ ex alijs facilè repeti possunt, vno verbo quæ in Iudæorum commentarijs à nobis lecta sunt, exponemus.

Iudæorũ sententiæ multipliciter variant, VIII
prima & maximè vulgata, eorum est qui illos 430. annos numerãt, מגזרת גלות בין הבתרים *à sententia captiuitatis inter dissectiones lata.* Hoc est, ab eo tempore quo Abraham sa-

crificans, victimas in duas partes diuisit, audiuítque semē suum 400. annis in Ægypto seruiturum; cuius rei historia refertur Gen. 15. Annos autem illos 400. à natiuitate Isaaci incipiunt: tum enim semen Abrahæ seruire incepit, vt ipsi tunc à Deo dictum est, *peregrinum futurum est semen tuum in terra non sua, &c.* Iuxta hanc sententiam Israelitæ ducentis tantùm & decem annis in Ægypto seruierunt: Nam Isaac anno sexagesimo Iacobum genuit, Iacob verò annum agens 130. in Ægyptum descendit. Centum igitur anni & nonaginta de quadringentis minuendi sunt, quo facto 210. supersunt. Hanc sententiam paucis innuit R. Ismael autor Mechiltæ in Exodū, primæ Paraschæ sect. 1. & luculenter explicant Salomon Iarki in hunc locū, & glossa in tractatum Megilla sect. 1. Iacob in libro עין ישראל fol. 146. Samuel Iaphe in Talmud Hierosolymit. tract. Megilla fol. 199. Simeon Haddarsan iu Ialcut paras, בא אל פר' fol. 63. col. 2. Iacob & Samuel sententiā suam Salomonis ver-

bis explicãt. Ad hanc ſententiam accedere coguntur Iudæorum Chronologi, qui fere omnes Iſraelitarum Exodum ab Ægypto in annum mundi 2448.cõferunt: Ita Seder holam vterque, Abrahã Leuita, Abraham Zacuth,& Gedalias, addunt R. Chaja Hiſpanus & Autor Ieſod holam annum illum fuiſſe Enneadecaëteridos decimum ſextũ. Capita Eliezeris quæ ſectione 48. affirmant initium 400. annorum à Natiuitate Iſaaci ducendum eſſe, & demonſtrant Iſraelitas 210. annis in Ægypto commoratos, ſicut & Schemoth Rabba qui hoc poſterius ſectione 18. tantùm commemorat, ex æquo ad præcedentem & ſequentem opinionem referri poſſunt.

Quadringentos annos numerandos eſſe ab Iſaaci natiuitate ait Zacuth traditionem eſſe Iudaicã, quam probat autoritate Thargum Hieroſolymitani, & Thargum in hæc verba Canticor. *Saliens ſuper montes*. Verũ in triginta annis ſuperadditis præcedẽs ſentẽtia difficultatem maximam patitur: nam

à ſacrificio illo diſſectorum ad natiuitatem Iſaaci, anni triginta colligi non poſſunt, ſed tantùm viginti quinque, etſi ſpatium illud lõgiſſimè produxeris. Sacrificiũ enim iſtud egreſſum Abrahæ è patria ſua ſubſecutum eſt, qui contigit ætatis Abrahæ anno 75. Iſaac autem patris ſui anno cẽteſimo natus eſt. Salebras iſtas conſiderantes autor Seder Olam, & Abraham Leuita bis fingunt Patriarcham è patria egreſſum; primum, ætatis anno quinquageſimo ſecundo, & anno 70. ſacrificium illud peregiſſe, ac proinde ab iſto ſacrificio 430. annorum epochen rectè iniri: poſteà in patriam redijſſe, à qua iterùm diſceſſit anno ætatis 75.

Sed iſta ſententia non immeritò Moſi Gerundenſi, Aben-Eſræ, & R. Iſacò Abarbineli diſplicet: textus enim ſalebras deſultoriè fugit, non euellit. Gerundenſis exiſtimat numerum iſtum 430. annorum adeo ſtrictè & preſsè non eſſe ſumendũ: Gen. 15. ſeruitutem 430. annorum prædictam fuiſſe, & poſtea propter peccata annos circiter

triginta additos fuisse, sicut his triginta annis quadraginta in deserto, de quibus nihil scriptura prædixerat. Istorum annorum initium certum statuit Aben-Esra, sed pri- IX
mò monet scripturā sæpe supputationum mentionem facere quarum principia ignorantur, quod tribus exemplis docet, quæ ab eo repetet, qui istarum rerum curiosus est. Deinde ait initium triginta istorum annorū ab eo die sumendū esse quo exijt Abraham ex Vr Chaldæorum, & profectus est Haran cum Patre suo. Iuxta autē Aben-Esram hîc & glossis in finem cap. 11. Genes. Vr erat Abrahæ natale solum. In Haran 5. annis commoratus, tādem patre defuncto in terram Chanaan migrauit annū agens septuagesimum quintum. Anno igitur Abrahæ septuagesimo peregrinari, & seruire cœperunt Hebræi. Innititur autem his Geneseos verbis cap. 11. vers. 31. *Tulit itaque Thare Abram filium suum, &c. & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irēt in terram Chanaan, veneruntque vsque Haran, & habitauerunt*

ibi. Quibus addi debet, quod dicitur paulò post cap.12.verſ.4. *Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.* Naſcente autem Iſaaco completus eſt trigeſimus annus, & quadringẽtorum primus inijt. Sententia iſta omnibus mihi videtur præferenda.

Tertia ſententia à præcedentibus longè diſcedit, & eorum videtur eſſe qui temporibus parum attendunt. R. Bechai qui ante trecentos annos apud Iudæos celeberrimus erat, ita illam explicat commentario in hũc locum. Tres, inquit, ſunt termini in captiuitate Ægyptiaca: primus eſt annorum 400. qui incipit ab eo tempore quo ſemẽ Abrahæ affligi & opprimi cœpit. Annũ exactiùs nõ deſignat. Secundus annorum 430. cuius initiũ à Natiuitate Iſaci ducitur. Tertius 210. ab ingreſſu Iacobi in Ægyptum. Similiter in captiuitate hodierna ex Daniele philoſophatur. Hanc non tantùm ſibi mẽtem eſſe, ſed etiã R. Chananaëlis fuiſſe teſtatur. Iſaac Abarbinel origine, doctrina, & librorum varietate

varietate apud Iudæos celebris, quæstionẽ istam verbis à R. Bechai mutuatis, eodem modo soluit, cõmentarij in legem folio 152. col. 4. Quanquam antea fol. 54. col. 2. & 3. numerum maiorem continere minorem, & scripturam ibi de numerorum scrupulis nõ curasse scripsisset. Itaque ex istorum sententia Israelitæ anno mundi 2478. à seruitute Ægyptiaca liberati sunt.

Quarta sententia quam Azarias libro אמרי בינה cap. 35. refert ex αὐτογράφῳ Mosis Latiph Hierosolymitani admodum probabilis mihi videtur. Nihil ille curat de traditione illa qua Israelitæ 210. annis in Ægypto habitasse creduntur, quáque initium 400. annorum natiuitati Isaci affigitur, & terminus anno mundi 2448. Ait igitur initium istius temporis à 76. ætatis Abrahæ ducendum esse, quia tum post egressum ex Haran, in Ægyptum migrauit; terminandum verò anno mũdi 2456. quo Israelitæ ex Ægypti seruitute manumissi sunt. His autem Cabbalisticis probationibus insuper niti-

tur, quæ vt intelligantur monendus eſt lector Iudæos numerum 2456. ſic deſcribere בת"נו; numerum verò 216. qui iuxta ſententiã Latiph numerus eſt habitationis filiorum Iſrael in Ægypto, his modis qui ſibiinuicem æquiualent, ו"דור & ר"יו, ו"רי. Numerum 2456. Notaricè, vel ſi mauis Gematricè ex cap. Gen. 34. verſ. 17. demonſtrat, vbi Simeon & Leui dicunt, *tollemus filiam noſtram & recedemus*, ולקחנו את בת"נו והלכנו, Bithenu, *filia noſtra* 2456. continet. Ratio autem Cabbaliſtici myſterij verba ſunt receſſus à terra Chanaan, & frequens Iudaicæ nationis de nomine filiæ Sion in ſcripturis appellatio. Idem præterea ex Geneſ. 15. verſ. 16. *Generatione autem quarta reuertẽtur, &c.* triplex argumentum Notaricum, ex initialibus literis, ex finalibus, & ex nomine integro, vt ſupra, colligit. Verba Hebræa ſunt ודור רביעי ישובו, priores dictionum literæ ſunt ורי & poſteriores ריו 216. totidem conficit ודור *& generatio*. Sententiam denique ſuam ex periodis Lunæ circularibus demonſtrat. Ea-

dem, inquit Azarias, eſt ſententia R. כרעָה quem Simeon Haddarſan alijque ſæpiuſculè citant.

5. Sententia eſt Leui Ben Gerſom in eundem locum, & in Geneſ. cap. 12. qui initium ſeruitutis ab eo tempore ducit, quo prædictio Abrahæ facta, cœpit compleri. Verùm non ab Iſaaci ſed Iacobi natiuitate illam numerat, eo quod eo viuente ſeruitus Ægyptiaca cōtinua eſſe cœperit. Definito tēpori circiter 45. annos deeſſe ait, ſed propter eorum merita imminutum fuiſſe, vt poſtea propter peccata in deſerto auctum. Iſta ſententia parum eſt probabilis: à tempore enim definito longiùs abeſt Gerſom, quàm exiſtimat; nec continua illa ſeruitus quæ illi arridet, viuēte Iacobo aut etiam Patriarchis incepit, vt rectè notat Elias Orientalis in Paraſch. לך לך, & Eliezer cap. 48. Seruitutis cauſas enarrat Eliezer quas omitto, ſed R. Iochanan de quæſtione noſtra ſententiam non omittam. Quinque annis ante Iacobi profectionem, Ephraim & Manaſſe,

qui tribuum Patres fuerunt, in Ægypto natos esse cõtendit. Anni illi 5. cum 210. habitationis cæterorum componunt 215. ex quibus per annos dierum & annos noctium computatis 430. anni seruitutis consurgunt. Sic, inquit, salijt tempus meritis Patrum, qui mundi colles sunt, sicut dicitur, *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in mõtibus, &c.*

Specimen locorũ tredecim ex Genesi in quibus Samaritanorum & Syrorum codices in re grauissima S. Hieronymo simul & 70 Interpretibus aduersus Judaicos consentiũt.

CAPVT III.

PLurima eiusmodi Samaritanum Pentateuchum reuoluẽdo diligens lector notabit, quorum quæ dicta sunt specimina sunto. Animaduersionum istarum gloriam aperuisse, non præripuisse desideramus: Inuenta proponimus, vt inueniendis diligentiùs incumbatur. Abiecti est animi, alienis laboribus acquiescere; & nimium mollis,

ad altiora non eniti. Iam iam omnibus patebit aditus; à nobis præmonſtratus eſt, non occupatus. Itaque dimiſſis quæ textum authenticum illuſtrant, pauciſſima quæ illum aduerſus Iudaici textus corruptelas defendunt, delibabimus. E ſola autem Geneſi ſpicilegium noſtrum faciemus: Duóque in eo faciendo obſeruabimus, Prius, dictiones integras in Iudæorum Hebræo codice omiſſas tantùm referemus, cætera minoris momenti negligemus. Poſterius, ea tantùm ſeligemus, in quibus Vulgata verſio S. Hieronymi, 70 Interpretum, & Syra cum Samaritanorũ Hebræo codice aduerſus Iudæorum textum conſentiunt. Innumera ſunt in 70 tranſlatione ab Hebræo diſſona quæ Samaritano textu confirmantur: In Geneſi id fieri pluſquam centum locis aliud agentes deprehendimus, nec in cæteris pro librorũ volumine pauciora notauimus. Nonnulla etiam ſunt fateor, in quibus Samaritani cum Iudæis aduerſus 70 conueniunt; alia quoque quibus ab vtriſque diſſentiunt: Sed

hæc nihil aliud quàm Hebraicorum codicum varietatem & perturbationem arguūt & euincunt. His præteritis testimonia duodecim qualia nobis præscripsimus, non plura, proponemus, vt illis velut illecebris ad hoc studiū lectores inuitētur & inescentur.

Primum Genes. 2. vers. 24. *Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* 70 eodem prorsus modo, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Eundē versum integrum bis referunt Euangelistæ, Matth. 19. vers. 5. Marc. 10. vers. 8. ijsdem omnino verbis & apicibus quibus 70 Interpretes. Idem præstat S. Paulus Ephes. 5. vers. 31. de integro versu; & 1. Cor. 6. 16. de vltima pericope, in qua hæret nobis controuersia. Iudæorum Hebræi & Chaldæi codices omittunt vocem *duo*, aiunt enim והיו לבשר אחד, *& erunt in carne vna*, Cōsimiliter paraphrasis Chaldaica, ויהון לבישרא חד. Sed Vulgatæ & 70 cō-

ſentiunt Hebræi Samaritanorum codices, ࠅࠄࠉࠄ ࠌࠔࠍࠉࠄࠌ ࠋࠁࠔࠓ ࠀࠇࠃ. *Et fiet ex duobus illis vna caro*, Syra quoq; verſio ܡܛܠ ܗܢܐ ܢܫܒܘܩ ܓܒܪܐ ܠܐܒܘܗܝ ܘܠܐܡܗ . ܘܢܩܦ ܠܐܢܬܬܗ ܘܢܗܘܘܢ ܬܪܝܗܘܢ ܚܕ ܒܣܪ. Idem cum 70 & Vulgata, niſi quod expreſſiùs adhuc effert, *& erunt duo caro vna*. Iiſdem verbis verſus ille refertur in verſione Syra noui Teſtamenti locis citatis; tantùm 1. Cor. 6. verſ. 16. pro, *vna caro*, habetur, *vnum corpus*. His teſtibus fide digniſſimis præter Chriſti Domini noſtri teſtimonium, accedit ipſius ratiocinatio quæ dictionem *duo* concluſioni ſubſternit, *erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro* Ex illa duorum in vnam carnem vnione, infert non amplius duos eſſe in vna carne, ſed vnam eſſe carnem; quod ex hoc loco niſi ταυτολόγως colligi potuiſſet, ſi antecedens idem & re & verbis præceſſiſſet.

Secundò Geneſ. 7. verſ. 2. *Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena maſculum & fœminam: de animantibus ve-*

rò immundis duo & duo masculum & fœminam. Vulgatæ per omnia consentiunt 70 Interpretes, nisi quod pro חקח, *accipies*, legisse videntur תביא, *introduces*, Sed idem omnino sensus. Samaritanus codex à Vulgata ne apice quidem differt, itaque sine vlla alia versione illum referam:
ࠌࠊࠋ·ࠄࠁࠄࠌࠄ·ࠄࠈࠄࠅࠓࠄ·ࠕࠒࠇ·ࠋࠊ:ࠔࠁࠏࠄ·ࠔࠁࠏࠄ·ࠆࠊࠓ·
ࠅࠍࠒࠁࠄ:ࠅࠌࠍ·ࠄࠁࠄࠌࠄ·ࠀࠔࠓ·ࠋࠀ·ࠈࠄࠅࠓࠄ·ࠄࠉࠀ·ࠔࠍࠉࠌ·
ࠔࠍࠉࠌ·ࠆࠊࠓ·ࠅࠍࠒࠁࠄ. Interpres Syrus ipsissima verba reddidit, ܘܡܢ ܟܠܗ ܒܥܝܪܐ ܕܟܝܐ
ܣܒ ܠܟ ܫܒܥܐ ܫܒܥܐ ܕܟܪܐ ܘܢܩܒܬܐ : ܘܡܢ
ܒܥܝܪܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܕܟܝܐ. ܬܪܝܢ ܬܪܝܢ ܕܟܪܐ ܘܢܩܒܬܐ.
Et ex omnibus animantibus mundis accipe tibi septem septem, masculum & fœminam: Et ex animantibus quæ non sunt munda, duo duo, masculum & fœminam. In codicibus Iudæorum triplex est error, quorum primus excusari nõ potest, legunt enim semel tantùm *duo*; deinde bis pro masculo & fœmina, *virum & vxorẽ eius*. Sed vir & vxor de brutis non dicuntur. Sæpe quidem איש *vir* nomen est distributiuum, *vnusquisque*,
atque

àtque etiã indefinitum *quidam*; relatiuum quoque iunctum אחיו hoc modo איש אל אחיו *vir ad fratrem suum*, id est, alter ad alterum, similiter אשה אל אחתה, *mulier ad sororem suam*, id est, altera ad alteram, quo in sensu vtrumque rebus etiam inanimatis attribuitur. Sed Brutorum par, præter quam hoc in loco, maritus & vxor non vocantur: postea eodem capite semper mas & fœmina dicitur, sicut etiam bis *duo duo* repetuntur. Itaque manifestũ est in isto versu non modo corruptelam esse, sed etiam corruptelam contra Hebraismi naturam. Ideo Chaldæus Interpres marem & fœminam vertit, quanquam semel *duo* posuerit.

Tertio Cor. 12. vers. 7. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei, &c. semini tuo dabo terram hanc.* Ita 70 Samaritanus codex & Syra versio. Iudaicus omittit לו *ei*, vt & Iudæorum Chaldaicus. Senes.

Quarto Genes. 21. vers. 33. *Abraham verò plantauit nemus in Bersabee.* 70. Et Abrahã plantauit agrum in puteo iuramenti. Bersa-

bee interpretati ſunt, vt etiam S. Auguſt. quæſt 56. in Geneſin. Verſio Syra ܘܢܨܒ ܐܒܪܗܡ ܢܨܒܬܐ : ܒܒܐܪ ܫܒܥ, *Et plantauit Abraham plantationem in Berſebee.* Omnes legerunt vno & eodē modo: Samaritanus ita quoque, ࠅࠉࠈࠏ·ࠀࠁࠓࠄࠌ·ࠀࠔࠋ·ࠁࠁࠀࠓ·ࠔࠁࠏ· *Et plantauit Abraham nemus in Berſebee.* In ſolo Iudæorum codice Neoterico omiſſum eſt nomen, *Abraham.*

Quintò, Geneſ. 22. verſ. 16. *Et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me.* Iudæi non legunt *propter me*, Sed Vulgatam confirmant 70, Samaritanorum Hebræus codex & Syra verſio.

Sextò, Geneſ. 25. verſ. 8. de Abrahamo dicitur, *Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, prouectæque ætatis & plenus dierum, congregatúſque eſt ad populum ſuum.* Dupliciter differt Vulgata editio hoc in loco ab Hebræo Iudæorum: primò quod vertit, *plenus dierum*, Iudæi verò ſimpliciter dicūt *plenus*, vel propriè ſatur, שבע. Secūdò quod *populum* effert ſingulariter, Iudæi autem

pluraliter. Sed Vulgatam confirmant 70 Interpretes, Syra versio, & Hebræus Samaritanorum codex, quos toties describere molestius est quàm vtilius. Monebo tãtùm 70 habere *plenus dierum*, Syros verò & Samaritanos, *satur dierum*. Ratio ipsa conuincit in textu Iudaicò *dies* perperã abesse.

Septimò, Genes. 26. vers. 18. *Rursum fodit alios puteos quos foderant serui patris sui Abraham, &c.* Iudæi habent, *in diebus patris sui, &c.* sed à Vulgata stant 70 Interpretes & Samaritani. Syri verò vtrumque cõplexi sunt hoc modo, ܘܗܦܟ ܐܝܣܚܩ ܘܚܦܪ ܒܐܪ̈ܐ ܕܡ̈ܝܐ: ܕܚܦܪܘ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܐܒܘܗܝ: ܒܝܘ̈ܡܬܗ ܕܐܒܪܗܡ ܐܒܘܗܝ, *Et reuersus est Isaac & fodit puteos aquarum quos foderant serui patris sui in diebus Abrahæ patris eius.*

Octauò, Genes. 27. vers. 27. *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.* Iudæi delent *pleni:* dictionem tamen istam repræsentant 70 Interp. & codex Samaritanus. Manuscriptus Syrus quo vtor, illam omisit; verùm antiquitus illi aderat cum ista periphrasi,

πεπληρωμένου βλαστημάτων εὐωδεστάτων *repleti germinibus suaueolentibus*, vt in Scholijs Romanis in editionem 70 ex Diodoro refertur.

Nono, Genes. 32. vers. 23. *Traductisque omnibus quæ ad se pertinebãt remansit solus, &c.* Iudæi non legunt *omnibus*. Sed Vulgatæ consentiunt 70, Samaritani, & Syri.

Decimo, Genes. 37. vers. 4. *Videntes autem fratres eius quod à Patre plus cunctis filijs amaretur, &c.* Iudæi loco *filijs* reponunt *fratribus*: Verùm 70. Samaritani & Syri constanter scribunt eodem modo quo Vulgata.

Vndecimo, Genes. 39. vers. 11. *Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum, &c.* A Iudæorum codicibus vox *Ioseph* erasa est, cum in 70. Samariticis & Syris codicibus extet.

Duodecimo, Genes. 44. vers. 31. *Videritque eum non esse nobiscum, morietur.* Apud Iudæos expuncta est dictio *nobiscum*, quam tamen inserunt præter Vulgatam, Græci, Samaritani, & Syri.

Testimonijs istis decimum tertium addemus, vt ex Manuscripto nostro Syro duodenarius nobis numerus constet. Meminimus enim ex fragmento Syro, non ex nostro vnum supra inseruisse. Genes. igitur 50. vers. 25. *Asportate ossa mea vobiscum de loco isto.* Iudæi, העלתם את עצמתי מזה, *efferetis ossa mea hinc.* Cæteri omnes Vulgatæ consentiunt. 70. καὶ συνανοίσετε τὰ ὀστᾶ μου ἐντεῦθεν μεθ᾽ ὑμῶν. Samaritanorũ Hebræus codex, ࠅࠄࠏࠋࠉࠕࠌ ࠀࠕ· ࠏࠑࠌࠅࠕࠉ· ࠌࠆࠄ· ࠀࠕࠊࠌ:· *Et efferetis ossa mea hinc vobiscum.* Syri ab ijs ne γρῦ quidem dissentiunt. Hæc è multis satis sunt instituto nostro. Concludamus igitur cum Tertulliano in præscript. cap. 28. *Ecquid verisimile est, vt tot ac tanta in vnam fidem errauerint? nullus inter multos euentus est vnus exitus. Variasse debuerat error doctrinæ Ecclesiarum. Cæterùm quod apud multos vnum inuenitur, non est erratum sed traditum.*

Specimen narrationum quarundam quas Samaritanus codex Judaicis alijsque codicibus superaddit: earum necessitas autoritate scripturæ Catholicæ demonstratur, & vtilitas experientia & Patrum exemplis demonstratur.

CAPVT IV.

SEcundum argumenti genus quo codicis nostri Samaritani vtilitas comprobatur, rem arduam & docti lectoris cõsideratione dignissimam complectitur. Samaritanorum codex ab omnibus hoc in negotio differt, textui tamen sacro illustrando & adiuuando discrimen illud vtile iudicamus: Alij, si visum fuerit, aliter sentiant, iudicio nostro nemini præiudicium fieri volumus. Res autem ita se habet. Semper aut sæpissimè vbi in Deuteronomio refert Moses Deum aliàs hæc & hæc Israelitis locutum, illa in Exodo aut in Numeris in proprio loco & tempore quibus à Deo dicta

ſunt apud Samaritanos reperiuntur, quæ plerunque à Vulgata, à 70, à Syris, atque etiam Iudaicis codicibus abſunt. Itaque Samaritanorum Pentateuchus nonnunquam duos, tres, quinque, aliquando decem, pluréſue verſus continet, quàm cæterarum nationum exemplaria. Exceſſus autem ille nihil particulare continet, ſed eſt nuda hiſtoriæ ſiue actionis alicuius in loco proprio, quando ſcilicet facta eſt, recitatio; quæ poſtea alio in loco aut libro refertur dicta aut facta fuiſſe. In Samaritanorum autem Pentateucho vtroque in loco tota deſcribitur; in alijs verò ſecundo tantùm in loco, cum hac clauſula, anteà rem dictam, factam, aut exprobratam fuiſſe.

Hoc non accidit tantùm in Exodo & Numeris reſpectu Deuteronomij, ſed etiã in vno & eodem libro, nulla ad Deuteronomium relatione habita; quando ſcilicet aliquid repetitur, aut à Deo dicendum iubetur: tum enim Deus inducitur mandatũ Angelo aut Moſi ſignificans, Angeluſue aut

Moſes Pharaoni aliiſue illud referens. Prioris generis exempla ſupra allata ſunt ex Procopio, quibus de cæteris iudicium fieri poteſt. Alterius generis duo quæ breuiſſima ſunt in cæterorũ ſpecimen & τεκμήριον enarrabimus. Gen. 44. verſ. 22. filij Iacobi in memoriam Ioſepho reuocant, cum prima vice in Ægyptũ venerunt, & iuſſit eos redeuntes Beniamin ſecum ducere, tum illi ſeſe reſpondiſſe, *Non poteſt puer relinquere patrem ſuum: ſi enim illum dimiſerit, morietur.* Verùm cap. Gen. 42. in quo profectionis iſtius in Ægyptum hiſtoria habetur, & dialogus Ioſephi cum fratribus refertur, reſponſionis eiuſmodi neque ſecundum Vulgatam, neque ſecũdum 70, aut Syros vlla fit mentio. Solus Samaritanorum Pentateuchus illam tempore & loco ſuo commemorat: Poſtquam enim dixit Ioſephus verſ. 16. *Mittite ex vobis vnum & adducat eum, vos autem eritis in vinculis, &c. alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis.* Subiungitur in codice Samaritano filiorum Iacobi reſponſio

ſio eadem quam capite 44. ſe feciſſe commemorant, [illegible]. *Et dixerunt, non poterit relinquere patrem ſuum, ſi reliquerit patrem ſuum, tum morietur.* Deinde vt in noſtris codicibus ſubſequitur, *Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus.* Reſponſio autem illa tum facta Ioſephum commouit, & fratres in carcerem conijciendi occaſionem illi præbuit. Itaque aliquid ibi hiare, & ſubaudiendum eſſe, non tantùm ex cap. 44. colligitur, ſed etiam ex ſenſus & verborum connexione.

Exemplum ſecundũ petemus ab Exod. cap. 14. verſ. 12. Populus Iſraeliticus intra mare, & Ægyptiorum caſtra concluſus in Moſen his verbis erumpit, *Nonne iſte eſt ſermo quem loquebamur ad te in Ægypto dicẽtes, Recede à nobis, vt ſeruiamus Ægyptijs: multò enim melius erat ſeruire eis quam mori in ſolitudine.* Quãdo autem & qua occaſione hæc primùm dicta ſint, nullibi in Iudaicis & noſtris codicibus refertur: Soli Sama-

ritani nos hoc docēt, dicta ſcilicet eſſe cum Moſes ſecundò ad Pharaonem miſſus eſt, & Iſraelitas de miſſione ſua monuit. Cùm enim propter primā de liberatione eorum legationem longè duriùs ab Ægyptijs excepti fuiſſent, Moſi diffidere cœperunt, atque ipſi legationem iterum obeūti obmurmurare. Illa autem referuntur in codice Samaritano cap. 6. poſt verſum nonum, *Narrauit ergo Moſes omnia filijs Iſrael, qui non acquieuerūt ei propter anguſtiam ſpiritus & opus duriſſimum.* Illa verba ſtatim exprobratio ſequitur, quæ à Iudæorum & Chriſtianorū codicibus abeſt, ࠅࠉࠀࠌࠓࠅ·ࠀࠋ·ࠌࠔࠄ·

ࠇࠃࠋ·ࠍࠀ·ࠌࠌࠍࠅ·ࠅࠍࠏࠁࠃࠄ·ࠀࠕ·ࠌࠑࠓࠉࠌ·ࠊࠉ·ࠈࠅࠁ·ࠋࠍࠅ·

ࠏࠁࠃ·ࠀࠕ·ࠌࠑࠓࠉࠌ·ࠌࠌࠅࠕࠍࠅ·ࠁࠌࠃࠁࠓ. *Et dixerunt Moſi deſiſte à nobis, vt ſeruiamus Ægyptijs, quia melius eſt nobis ſeruire Ægyptijs, quàm nos mori in deſerto*, poſtea ſubiungitur vt in noſtris, *locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, &c.* Nihilo ſecius Exodi ca. 14. verſ. 12. Moſi exprobrant vt in noſtris codicibus, *Nonne iſte eſt ſermo quem loquebamur ad te in*

Ægypto dicentes, Recede, &c. Quæ iteratio cæteris in locis obſeruatur.

Iſta, niſi vehementer fallor, textum authenticum adiuuant, & illuſtrant. Adiuuãt, cum quæ in textu authentico non ſecus, quã in Iudaico minimè habentur, vtroque tamen teſte & admonente dicta vel facta ſunt, ſuppleant & repræſentent. Illuſtrant, cum quo tempore & qua occaſione dicta ſint, deſignent & definiant; illáque ſuis locis tanquam palis gemmas inſerant. Textus authentici cõſimilis illuſtratio millies à SS. Patribus maxima cum omniũ laude factitata eſt, Quid ego dico conſimilem illuſtrationem? longè ſanè infirmiora illuſtrationis argumenta S. Patres non modo vſurparũt, ſed etiam textui authentico intulerunt, inſeruerunt, implicuerunt & immiſcuerunt. Quid enim aliud Origenis tetrapla, Exapla, & Octapla quàm textus Iudaici, atque etiã variarum verſionũ quarum autores alij incogniti erant, alij aut hæretici, aut Iudæi Apoſtatæ, per parallelas columnas cum

textu 70 Interpretum collocatio, & in vnũ volumen compactio? Ingenti tamen cum desiderio, & omnium approbatione hæc olim ab Ecclesia excepta sunt. Quid dicam de famosis illis Asteriscis, quibus vsus Origenes non amplius textum Iudaicum sacro 70 Interpretum textui per columnas cum aliquo interordinio composuit, sed quæ in textu Iudaico abundabãt cum eadem versione permixta & perplexa commisit; maxima tunc cum omnium congratulatione, sed quam tempus fallacem demonstrauit. Additamenta enim Iudaica, deletis Asteriscis ita tandem cum antiquo textu confusa fuerunt, vt secerni nunquam potuissent, nisi sincerum textum expurgatis quæ ex Iudæorum codicibus iuxta Theodotionis versionem irrepserãt, nobis restituisset Sixtus V. Pontifex. Verùm de his in præfatione nostra in editionẽ 70 Interpretum pluribus actum est. Additamenta tamen ista Iudaica neque à sensu, neque à manifesta ipsius textus authentici expressione, vt Sa-

maritana nostra testimonium habebant, Quis igitur exundantem Samaritanorum textum alluuione sua emolumenti aliquid nostro negabit allaturum?

Aliud nos docet excessus ille Hebræo-Samaritani textus, cuius lectorem monitũ velim. Multa sunt in Romana 70 Interpretum versione, quæ si conferas cum Iudaicis codicibus deesse videntur, multa etiã quæ superesse si comparationem iterum instituas. Defectus autem ille & excessus (In re absolutissima si verba eiusmodi vsurpari possunt) & ab Apostolis, & à Patribus omnibus Græcis & Latinis continua traditione comprobatus est. Itaque illustrari & adiuuari ex alijs codicibus, non emendari debuit, vt religiosè & prudenter in Romana editione factum est. Manifestum autem fit cum ex alijs, tum ex codice Samaritano discrimen illud ab Hebraicorum voluminum varietate originem duxisse. Sicut enim nõnulla, atque etiam non semel plures versus superaddit textus Iudaicus translationi

Ecclesiasticæ, ita Samaritanus Iudaico non pauciores, quanquam vtrique codices Hebræi sint. Sic Iudaici codices quibus vsus est S. Hieronymus minus habuerunt quàm 70 Interpretum versio; & Theodotionis codices, ipsi quoque Iudaici, plura quàm vtrique, vt adnotauit S. Hieronymus in medio textus Estheris & Danielis. Atque vt Aquilæ & Symmachi versionum rixas, & altercationes prætercam, est vbi 70 Interpretes, & Samaritani vno consensu, vt ex sequentibus constabit, versus aliquot Iudaico textui superinducunt: Quæ sanè & codices Iudaicos varietatis, & Iudæos incuriæ conuincunt.

De ingenti & multiplici variarum lectionum multitudine à Iudæis in Biblijs Hebraicis adnotata.

CAPVT V.

I. *Quare quidam Iudaicis codicibus confidunt, Catholicis diffidunt.* II. *Vanißima ostenditur de Iudaicorum codicum consensu iactatio.* III. *Onkelos ipse multa vertit Neotericis codicibus contrario sensu.* IV. *Biblia Orientalia ab Occidentalibus 216. locis differunt.* V. *Differentiæ illa ante punctorum adnotationem animaduersa.* VI. *Canones quibus variæ lectiones Masorethicæ Biblijs adscribuntur.* VII. *Plures nunc quam 848. numerantur.* VIII. *Talmudistæ 13. tantum numerauerunt.* IX. *Superstitiosa de ijs Talmudist. Hallucinatio.* X. *Defectiuarum apud Iudæos dictionum origo.* XI. *Eliæ Leuitæ lex de ijs lata fallit.* XII. *Variæ Iudæorum opiniones de causis variarum lectionum recensentur.*

ANtequam ad tertiam vtilitatis speciem ex Samaritano codice educendam nos accingamus, paucissima lubet hoc loco præfari de varijs lectionibus quas ipsi Iudæi libris suis adnotarunt. Hæc enim & ijs quæ dicturi sumus intelligendis necessaria sunt, & complurium præcipitem sententiam frænabunt, qui codicum Ecclesiæ Catholicæ integritatem vellicare, & traduce-

re non erubeſcunt, ſed de Iudaicorum ſinceritate vel tantillum dubitare, ſcelus nullis
1 ſacrificijs expiabile exiſtimant. Id genus homines in crucem ſuam ingenioſi iecori ſuo rodendo non ſecus ac Prometheus, inhiant & incumbunt: contrà quàm Lamiæ, domi ſunt oculatiſſimi, foris cæci. Spōte myopes qui prope admota perſpiciunt, ad longè remota cæcutiunt; quibus ſua perpetuò vileſcunt, aliena maximi fiunt. Eccleſiæ matris tuæ codices corrupti ſunt, Iudæorū autem inuiolati. Quamobrem verò? Latina facilè intelligis; Hebraica, Grammaticas, & Lexica ſolicitando vix tandem aſſequeris: Rabinica tibi ſunt horrenda viſu, illa ne crucieris nunquam tentas. Iudaici codices à Chriſtianis ſæpe differunt: ita eſt. Qua fronte huiuſce culpæ Eccleſiam inſimulare audes, quàm S. Paulus veritatis columnam & firmamentum aſſeruit? cui Chriſtus Spiritum ſanctum perpetuò affuturum promiſit? Si Iudæorum miſerias, migrationes, & dialectos barbaras ob oculos tibi proponas, Ec-
clesiæ

cleſiæ verò ſtabilitatem, doctrinæ perſeuerantiam, maieſtatem, profectò ratio ipſa ſtatim dictabit, Eccleſiæ hac in cauſa fidendum, Synagogæ diffidendum.

Verùm Iudæorum codices ſibiinuicem conſentiunt; noſtri vero à ſeinuicem diſſentiunt. Qui ſic obiicis, tantiſper age mecum, quos codices euoluiſti? quorum ſitum abſterſiſti? quorum puluerem excuſſiſti? quos 11
inuicem contuliſti? Pontificum iuſſu Bibliorum Latinorum variæ lectiones Latinè adnotatæ ſunt; & quia Latinè, illas legis & intelligis, in illas inueheris & debaccharis. Suas Iudæi & variè multiplices cõſimiliter adnotarunt, ſed Rabinicè; & quia Rabinicè vix fando, aut nefando quidem de ijs audiuiſti: qui frugem ampliorem è Iudæis retulerunt, Grammaticalibus nugis ex vno aut altero Grammatico Iudæo euoluendis, expungendis & reponendis totos ſeſe dediderunt. Pauciſſimi qui hunc laborem ſuperare potuerunt, aut in eum mentem non aduerterunt, aut librorum ope deſtituti, variiſ-

que negotijs occupati ab eo deterriti ſunt.

Samaritanorum codices ab oculos nunc tibi propone: Hebræi ſunt, ſtudioſiſſimè illos conſeruaſſe ſupra demonſtratum eſt. Græca verſio ex Hebræo diuinitus facta eſt, vt ex Patrum & omnium Iudæorum conſenſu huius Exercitationis cap. 2. probauimus. S. Hieronymus ex codice Hebræo Latina vertit. Syri antiqua verſione & diligenter conſeruata vtuntur. A Iudaicis codicibus omnes plurimùm diſſentiunt. Mendæ, regeres, in Samaritanos & verſiones omnes irrepſerunt, nullæ in Iudaicos. Verùm quî fieri poteſt, vt tot nationes, locis, linguis, moribus à ſeinuicem tam diſſitæ, nullo condicto in eaſdē mendas conſpirent? eandémque pugnam inſcij omnes aduerſus Iudæos depugnent?

Quam de Aquila, Theodotione, & Symmacho ſentētiam feres? ex Iudæorum Hebræis codicibus nunquid illi ſua verterunt? At ex ipſorum fragmentis apparet ſæpiſſimæ diuerſa, nonnunquam contraria tran-

ſtuliſſe. Quodnã de integris operibus iudicium faciendum ſit hinc collige. Quid porro magis Iudaicum quàm Onkelos Chal- III
daica verſio. Sed Elias Leuita qui Iudæorũ primus dictionarium Chaldaicum compoſuit, in fine præfationis dictionarij Chaldaici quod Methurgeman inſcripſit, teſtatur & exemplis nonnullis probat Onkelon multa aliter, multa, non modo dictiones, ſed etiam periodos, contrario modo quàm in Hebræo nunc habẽtur, tranſtuliſſe. Num exiſtimas Interpretes iſtos Hebræi textus tenaciſſimos, Aquilam & Onkelon proſelytos ſuperſtitioſiſſimos, à Talmudiſtis Hieroſolymitanis & Babylonicis ſæpe laudatos Hebræos codices de induſtria corrupiſſe? Iudæis ſeſe deridendos propinaſſe? opera ſua ſociorum cenſuræ & ludibrio expoſuiſſe? Quid igitur aliud hac in cauſa dicẽdum, quàm quod in re pari ab omnibus ratione & natura duce dici ſolet, aliter Interpres in exemplari ſuo legit, quã nos in noſtro nunc legimus? Nimis fortè vrgeo, commoueris.

Itaque ad inſtitutum redeo. De Neotericis Iudæorum codicibus non amplius cum antiquis, ſed inter ſe comparatis poſthæc verba faciam.

Variarum lectionum apud Iudæos du-
plex eſt genus. Poſterius quod primum ex-
plicabimus, eſt diſſidium codicum Occi-
IV dentalium ab Orientalibus, quod ducentis
& ſexdecim differentijs cõſtat, quibus Oc-
cidentales Iudæi ab Orientalibus in lectio-
ne textus Biblici diſſentiunt. Omnes ordine
enumerantur in magnis Biblijs Rabinicis
Venetiæ impreſſis, ad calcem Tomi poſtre-
mi ſtatim poſt Maſoram expoſitã, ſub hoc
initiali titulo, חלוף המקרא שבין בני ארץ ישראל
ובין בני בבל. *Differentia lectionis quæ eſt inter
incolas terræ Iſraelis, & incolas Babel.* Bre-
uius dicũtur החלופין vel הפלוגתות שבין מערבאי
ומדנחאי, *Differentiæ*, vel, *contentiones inter
Occidentales & Orientales*. Iudæi enim Eu-
ropæi, Africani, & Palæſtini reſpectu Baby-
loniorum Occidentales ſunt. De varijs iſtis
lectionibus hoc docet Elias in tertia præfa-

tione pag. 17. החילופות שביניהם הם בתיבות ואתיות ובכתיב ובקרי ובמלא ובחסר ולא בנקודות וטעמים וזה ראיה כי נכתבו החילופות האלה קודם שהוסרו הנקודות והטעמים אבל הפלונתות דבין בן אשר ובין בן נפתלי שאינן אלא בנקודות וטעמים אין ספק שנכתבו אחר הוסדו הנקודות והטעמים וזה קל להבין: *Differentiæ inter eos sunt in dictionibus & literis, in diuersimodè scriptis & lectis, & in defectiuis, non autẽ in punctis & accẽtibus. Et hoc argumento est differentias istas scriptas fuisse, antequam inuenta essent puncta & accentus. Verùm differentiæ inter Ben-Aser & Ben-Nephthali, quæ sunt tantùm de punctis & accentibus nullum dubium est, quin scriptæ fuerint post punctorum & accentuum inuentionem, quod est facile intellectu.* De istorum dissidijs hæc nunc dixisse sufficiat: nam in quinque libris Mosis, de quibus agimus, istarum lectionum nulla hactenus adnotata est, aliàs pluribus eadem persequemur.

Secundum variarum lectionum genus quod præcedente antiquius est, Iudæi vo-

cant קריין ולא כתבן כתבן ולא קריין, *lecta & non scripta, scripta & non lecta*, vel breuius קרי וכתיב *lectio & scriptio*, vel è contra. Horum vnum scriptum est in margine alterum in textu. De illis autem præcepta ista obser-
VI uãda sunt, 1. Nunquam dictio illa quæ scribitur in textu legenda est, sed quæ in margine. 2. Dictio quæ est in textu nunquam afficitur proprijs punctis, sed punctis dictionis marginalis. 3. Accentus non notantur iuxta sensum dictionis textualis sed marginalis. 4. Hinc fit vt quoties puncta dictionis marginalis plura sũt, quàm ferre possint literæ dictionis textualis, litera textualis duobus punctis afficiatur. Si contra dictio textus literis abundet, earum vna sine punctis scribitur. 5. Cum vna est dictio in textu & duæ sunt marginales legendæ, puncta quæ duabus affigi debuerant, vni textus dictioni affiguntur. 6. Cum verò duæ sunt in textu, & vna marginalis, litera finalis prioris dictionis textualis prorsus non legitur. Ista præcepta refert & exẽplis illustrat

Elias Leuita initio secundarum Tabularum Masorethicarum. Ex quibus manifestum est Masorethas textum Iudaicum in omnibus his locis, ijs exceptis quos honestatis Rabinicæ causa aliter quàm fert dictionis natura punctari iusserunt, corruptum existimasse; sed quia corruptela ista multis exemplaribus confirmabatur, illam è textu resecare non ausos, vt de multis alijs fecerant: Verùm lectionem quæ illorum iudicio genuina erat, ad marginem reposuisse, atque vt reposuerant dictionem legendam sanciuisse.

Varias istas lectiones Elias Leuita 848. VII
numerauit. Buxtorfius in his diligenter versatus multò plures se obseruasse dicit. Harũ 65. in libris Mosis tantum notantur. Talmudistæ in tractatu נדרים tredecim tantùm agnoscunt quæ sunt dictiones prorsus aliæ, quarum octo sunt quæ leguntur & non
scribuntur: Ideo Iudæi in Biblijs suis spatiũ VIII
vacuum ibi relinquere solent. Quinque autem scribuntur sed non leguntur: ideo nul-

lis punctis dictiones illæ afficiuntur. Præter
iſtas, variarum lectionum apud Talmudi-
ſtas nulla eſt memoria. Maſorethæ eiuſdem
generis alias addiderũt, priori ſpeciei duas,
poſteriori tres. Alterius verò generis quot
IX enumerauimus. Stulta hîc à Talmudiſtis &
ſuperſtitioſa committitur hallucinatio, quã
meritò conqueritur Elias explicatu diffici-
lem. Aiunt enim varias iſtas lectiones tradi-
tionem eſſe Moſis è monte Sinai. Verùm
illarum nulla apud Moſen reperitur. Quo-
modo Moſi in monte Sinai tradi potue-
runt, quæ multa poſt Moſen ſæcula ſcripta
ſunt? De iſto variarum lectionum genere
pro inſtituto noſtro ſatis.

Duobus iſtis variarum lectionum gene-
ribus tertium annectere poſſumus, quan-
quam apud Iudæos iſto nomine non cen-
ſeatur. Complectitur autẽ voces illas quas
חסרים defectiuas vocare ſolẽt, quarum hæc
eſt origo. Ex natura rei omnem vocalem
magnam ſequi debet aliqua ex literis אהוי;
Poſt Kamets in medio dictionis adeſſe de-
bet

bet א; in fine verò vel א, vel ה. Post chirich vel tsere sequi debet iod; vau verò post cholem vel schurech. Dictio igitur defectiua ea est in qua post vocalem longam non sequitur istarum literarum aliqua quæ ibi quiescat: plena verò in qua id obseruatur. In istarum literarum scriptione etiam nunc plurimùm variant libri Iudaici. Speciatim tamen defectiuæ dictiones à Masorethis dicũtur à quibus in medio iod abest post chirich vel tsere; vau autem post cholem aut schurech. Paucissimæ sũt in quibus א, vel ה, deficere adnotauerint. Ne autem existimes voces omnes in quibus est kibbuts aut chirich paruum censeri defectiuas: hoc fit tantùm cum vocales illæ breues longarum vicem sustinent. Plures cautelæ in tsere obseruandæ sunt. De istis Christianorum nullus scripsit, è Iudæis Elias solus qui ista diligenter persequitur in libro Masoreth Hammasoreth tabulæ primæ serm 4. 5. 6. De his omnibus hanc tradit regulam in tertia præfatione, Nullam vocum istarum in Biblijs XI

aliter legi, & aliter scribi, quia propter defectum aut plenitudinem eiusmodi vocis significatio non mutatur. Hæc regula primũ fallit in nonnullis defectiuis Aleph & He; quæ in ordinem τ̃ קרי וכתיב à Masorethis redactæ sunt. Deinde quanquam absentiâ τ̃ iod vel vau significatio non mutetur, tamẽ pluribus homonymijs dictio redditur obnoxia. Multorum autem millium est defectus ille: qui numerum inierit me legisse nõ memini; atque hoc difficile factu esset propter librorum Iudaicorum & præsertim Masoræ varietates.

Nemo sanæ mentis diuersas lectiones istas à Iudaicorum codicum corruptelis fluxisse vel leuissimè dubitat. Idem de differentijs
11 inter Occidentales & Oriẽtales Iudæi omnes cõfitentur: Sed de Masorethicis lectionibus in varias partes discedunt. De hisce fusè disserendi aliàs dabitur locus. Nũc vno verbo tangam summa rerum fastigia. Triplicem animaduerti Iudæorum de lectionibus istis sententiam. Prima est antiquorum

plurimorum qui, vt par eſt, illas à Bibliorum perturbationibus deriuant; ſed inſulſè ab Eſdra ipſorũ nonnulli adnotataſq; volunt: quaſi verò ipſorum libri in captiuitate Babylonica corrumpi potuerint, poſtea non potuerint? Alij à Prophetis ipſis fluxiſſe volunt, ſermonis nitorem & elegantiam non curantibus. Alij denique non modo varias lectiones, ſed etiã defectiuas omnes dictiones à Prophetis ita de induſtria ſcriptas fuiſſe, vt diuerſa myſteria ſignificarent, ridiculè ſibi perſuadent. Inſana iſta opinio, quia ad anilem ſuperſtitionẽ vergit, & Cabbaliſtis atque Concionatoribus Rabbinicis mira fingendi, & coram populo ediſſerendi occaſionem præbet, à maxima Iudæorũ parte nunc auidè excipitur, & defenditur. Illam quoque Chriſtianos defendere neceſſe eſt, quotquot Iudæorum codicibus inuiolatã virginitatem arrogabunt. Cùm autem horum hominum maxima pars, ſanctas & interruptas Eccleſiæ Catholicæ traditiones ſugillet & arrodat, qua fronte Neotericorũ

Iudæorum aniles traditiones excipiet, & propugnabit? Iſta de Iudæorum varijs lectionibus hîc delibaſſe ſufficia[illegible] Ex ijs quæ ſequuntur, nos id non inutiliter præſtitiſſe compertum erit.

Specimen dictionum Biblicarum quibus varia myſteria ſuperſtruunt Iudæi, quæ autoritate Samaritani codicis, antiquorum Rabinorum & Manuſcriptorum corruptionis conuincuntur.

CAPVT VI.

I. *Codicum ſuorum ſinceritatem ridiculis myſterijs defendunt Iudæi.* II. *In voce* מארת luminaria *propter myſteria deficit* [illegible]*u.* III. *Ante confuſionem Babel linguam Hebraicam vulgarem fuiſſe acutè probatur.* IV. *R. Abarbinel docet accidens aliquando fuiſſe ſine ſubiecto.* V. *Myſteriorum ex Samaritanis & ipſis Iudæis refutatio.* VI. *Similia myſteria proponuntur & ijſdem teſtibus refutantur* VII. *De corruptione vocis* תיעשה *diſſertatio.* VIII. *Mira myſteria quibus Iudæi librorum mendas propugnant.* IX. *Samar. & antiquarum verſionum autoritate lectio Hebræa damnatur.* X. *Idem fit Rabinorum & manuſcriptorum teſtimonio.*

TErtia vtilitatis ſpecies quam hoc capite perſequemur tam ſpectat & קרי, וכתיב, ſiue varias Iudæorum lectiones, quàm

חסרים, siue voces defectiuas. Demonstrabi-
mus enim ex autoritate codicis nostri per-
peram istorum pleráque in textu Iudaico
notari. Quoniam autem nonnulli parum fi-
dei Samaritanis adhibituri sunt, lectionem
Samaritanam antiquissimorum Rabinorũ
& Manuscriptorum autoritate confirmabi-
mus. Solent Iudæi plerique defectiuis di- 1
ctionibus & varijs lectionibus varia myste-
ria affingere, ne incassum errasse videantur.
Hæc auidè Iuniores Rabini amplectuntur.
Nec mirum; nam vt ait Epicharmus,

ὄνος τ᾽ ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δ᾽ τῷ συΐ.

Asinus asino pulcher videtur, & sus sui. Isto-
rũ nonnulla referimus, vt quàm bellis ratio-
nibus in codicum suorum descriptione ἀνα-
μαρτήτους Iudæi sese demonstrent, velut ex
stipula cognoscas. In nullius autem refuta-
tione laborabimus: Mysteria enim ex isto-
rum adytis adeo ridicula prodeunt, vt quæ-
dam narrasse, sit omnia condemnasse. Par-
cissimè quoque narrabimus, ne τῇ γαλῇ κρο-
κωτὸν aptare iudicemur, tædiũque creemus

& nobis describendo, & lectoribus legẽdo.

Exemplum primum esto ex Genes. cap. 1.
vers. 14. יהי מארת, *fiant luminaria.* Nomen
11 *Meoroth*, luminaria duobus vau deficit
scribi enim deberet מאורות: sed hoc fit pro-
pter magna mysteria, חסר ויו כתיב על שהוא יום
מארה ליפול אסכרה בתינוקות הוא ששנינו ברביעי היו
מתעני׳ על אסכרה שלא תפול בתינוקות. Nam, in-
quit, R. Salomon, *scripta est dictio cum defe-
ctu vau, eo quod dies ille maledictus est qui
inducit anginam in infantes, & hoc est quod
tradunt* Rabini, *quod die quarta ieiunatur
propter anginam ne infantibus accidat.* Fun-
damentum rationis est quod vox illa defe-
ctiuè scripta ex æquo vel potius maledictio-
nes significat quam luminaria, si enim legas
מארת *Meeroth, maledictiones* erunt. Omissa
est igitur vau, vt die quarta, tum enim di-
ctum est *fiant luminaria*, hunc suffocationis
morbum puellos inuadere doceremur, &
institutum ieiunium vt illi precibus occur-
retur. De dictione אסכרה, & ieiunio inde
instituto vide Eliam in Thisbite.

R. Bechai postquam multa de stellis orbibus suis affixis, & lumine ab orbis crassitie non impedito, ait lunam à seipsa lumen non habere, sed sicut ferrum ab igne calorem, ita lumen à sole lunam mutuari, ועל זה אמר והיו למאורות חסר ואו למארת כתיב באר כי שניהם אור אחד. *Et propter hoc dictum esse fiant luminaria cũ defectu vau, vt significaretur vtrique lumen idem esse.* Bahal Hatturim addit solem vnitate auctum idem esse Gematricè quod מארת luminaria; שמש enim quod solem significat 640. conficit, מארת verò 641. Vt significetur solem propter splẽdorem à maledictione, hoc est, quin adoretur, parũ abesse. Insulsè maluit hæc effutire, quã Cabbalisticum εὔρημα præterire. Longè acutiùs III consimili vnitatis additione καββαλίζει Iuda Muscato in lib. 2. Cosri c. 68. Interpretantur Iudæi, *Erat autem terra labij vnius*, de lingua sancta seu Hebraica. Hanc explicationem Gematricè probat, quia לשון הקדש, *lingua sancta* vnitate tantùm superat שפה אחת, *labium vnum:* illud enim 795. continet, hoc

nentem. Ideo quoque de luce dictum non esse, ויהי כן, *& factum est ita*, vt de cæteris, sed *& facta est lux*, ובעבור שזה האור לא שמש אלא עד היום הד׳ לכן לא נאמר בו ויהי כן אבל אמר ויהי אור שנתהוה האור ההוא מבלי גשם מאיר׃ *Et propterea lumen illud non ministrauit nisi vsque ad quartum diem, ideo dictum non est, & factum est ita, sed, & facta est lux, quia substitit lux illa sine corpore lucido.* Hæc ille pluribus. Verùm quomodo horrerẽt Iudæi accidentis sine subiecto hypostasin, cum multis miraculis apud se fieri consuetis corporum penetrationem, & in eodem loco consistentiam doceãt Rabini antiquissimi? sed istis immorari nũc intempestiuum. Addam quæ ex Abarbinele docuimus de luce qualitate sine subiecto primùm creata, & ad diem vsque quartum per aërem diffusa, doctè, & fusè à S. Basilio homil. 6. in Hexameron explicari & demonstrari.

Præclara ista mysteria quorum primum fundamentum est Amanuensium lapsus, de codice nostro facilè reuincuntur. Integrè V

enim & iuxta linguæ genium ſcribitur ࠌࠀࠅࠓࠅࠕ, *Meoroth* cum duplici vau. Samaritanis præter Grammaticæ & linguæ naturam ſuffragãtur antiquiſſimi Iudæorum libri qui citãtes & commentantes hæc verba, *fiant luminaria* multa dicunt, & fabulantur à quibus ad Neotericorum myſteria facilis erat tranſitus; attamen non modo integrè ſcribunt מאורות, ſed etiam nullum literarum defectum comminiſcuntur. Ita Eliezeris capita ſect. 4. Talmudis Tractatus חולין, ſect. 3. & Bereſith Rabba qui paraſcha, 6. ſæpius illa verba tanquam è textu Biblico repetit. Notabis R. Simeonem in libro Ialkut referentem verba ב"ר iſta de ſuo addere, שנאמר יהי מאורות מארת כתיב. Nihil enim eorum reperi in editione Theſſalonicenſi qua vtor, quæ anno 1594. cum notis Gedaliæ à quodam R. Abrahã Meir in lucem prodijt.

VI Secundum exemplum è varijs lectionibus petitum erit, quod paucis multa complectitur. Notant Maſorethæ ad caput 22. verſ. 19. Deuter. dictionem נערה ibi tantùm

in tota lege plenè ſcribi, aliàs ſemper נער cũ defectu literæ ה he, cuius ſcriptionis exempla duo præbet cap. 24. Geneſeos. Sic autem ſcripta puerum non puellam ſignificat. Itaque cum puncta deſunt *puer* in libris Iudaicis ſcribitur, vbi *puella* ſcribẽdum: Vbi verò adſunt, portentoſè dictionem illam ſic notant נַעֲרָ quaſi litera, he, ipſi adhæreret, vt lector pronuntiet *Naharah* non *Nahar*, hoc autem in lege bis & vigeſies contingere ſcribit Elias Leuita tertiæ præfationis pag. 18. Pro ſingulis locis varia myſteria Iudæi comminiſcuntur, quæ miſſa facio. Hoc tantùm dicam omnibus iſtis locis, perfectè, Grammaticè, & regulariter dictionem illam in codice Samaritano deſcriptam eſſe. Conſentiũt liber Bereſith Rabba, & Tract. Talmudicus סופרים ſect. 1. qui verſus iſtos explicantes neque varietatis, neque vllius myſterij meminerunt.

Tertium exemplum præcedenti contrario modo ſe habet: In illo enim malè in textu Iudaico ſcriptum erat, benè in margine;

in hoc verò benè in textu, malè in margine, ſecundum quam tamen legẽdum eſſe præſcribunt. Illud petimus è Num. ca.12. verſ.3. *Erat enim Moyſes vir mitiſsimus* והאיש משה ענו מאד וגו׳ , notatur in margine legendum עניו. Antequam caſtigationem iſtam caſtigem, ad myſteria magna diuertam. Scribitur in מנחה בלולה, qui commentarius eſt breuis in legẽ ענו חסר כתיב עולה במילאו רמ״ח שבכל איבריו לא היה בו גאוה. *Scribitur* ענו *cum defectu iod, vt in plenitudine ſua conficiat numerum* 248. *doceaturque in omnibus membris eius* (Moſis) *non fuiſſe arrogantiam*. Hoc myſterium intelliget lector, modo duorum quæ iam explicata ſunt, meminerit: Prius, Iudæos in humano corpore 248. membra cõputare; Poſterius, in Arithmetica Cabbaliſtica literas in plenitudine ſua numerari, cum nõ nuda figura numeratur, verbi gratia נ pro 50. ſed vt pronũtiatur נון *Nun*. Hoc modo litera illa æquiualet 106. עין 130. & ו״ו duodecim, ex quibus iunctis conſurgunt 248. Bahal Hatturim alia ſomnia ſibi fingit:

Ideo ענו ſine iod ſcriptum, vt numerum dierum in monte præteritorum contineret. Cum autem numerus ille 120. non excedat, addit Moſen in monte ſex diebus nube tectum manſiſſe, quibus conſiunt 126. dies, quot ענו cōplectitur. Iterùm notat Gematricè ענו idem eſſe quod בעדן *in Eden* ſeu *paradiſo*, vt hac ꝟ iod omiſſione paradiſus ſperari doceamur. Iſta deliramenta prædicante Rabino tremulæ ſuſpiciunt cælos aniculæ Iudaicæ. Qui codicibus Iudæis inuiolatam ſinceritatem mordicùs vendicant, aut hæc audientes, eadem animi perturbatione corripiantur; aut quæ de varijs iſtis lectionibus myſteria ſomniaturi ſunt, probabilius nobis exponant.

Iſta ex codice Samaritano facilè refelluntur, nam ſimpliciter legit ·ࠏࠍࠅ ענו, vt in textu Iudaico. Sic etiam legit Bemidbar Rabba ad finem Paraſchæ 15. quanquam illa non explicet. Aben-Eſdra conſimiliter ſic ſtatuit legendum, aliámque lectionem aut ignorauit, aut neglexit; paucis enim

verbis ait ענו dictum esse, במשקל שלו והטעם
שלא בקש גדולה על אחיו, *iuxta formam* שלו, &
sensum esse quod supra fratres eminere Moses non expetierit. Sed ad vocem שלו nec adnotatur, nec adnotari debet legendum esse שליו. Kimhi similiter in radicibus ex hoc Numerorum loco explicat ענו, & de עניו ne γρῦ quidem: Quod certè facere non potuit, si vel flocci notam Masorethicā fecit. Marginalis enim dictio, vt ex canonibus τοῦ קרי וכתיב capite præcedenti explicatis manifestum est, textuali præferenda erat, aut saltem non omittenda. Sed Kimhi & Aben-Esdra dictionem illam proprio puncto affici & solam genuinam esse censuerunt: quibus suffragantur, & dictionis istius formatio, & à singulari ענו plurale declinatum ענוים sæpius à scriptura vsurpatum.

VII Ne te autem, Catholice lector, diutius moremur, vnico testimonio hæc vtilitatis Samaritanæ specimina concludemus. Exodi 25. vers. 31. sic legunt Iudæi Neoterici, מִקְשָׁה תֵּיעָשֶׂה הַמְּנוֹרָה *ductile fiet candelabrum*.

In voce תיעשה duo ſunt, quorum prius eſt inſolentiſſimum, epentheſis ſcilicet τοῦ iod poſt ת, futuri characteriſticam: Sic tamen habent omnes libri excuſi, & ſic legendum notant Maſorethæ, lectore admonito id tãtùm hoc loco fieri. Poſterius propter myſterij phantaſiam commiſſum eſt, punctorum ſcilicet adnotatio iuxta formam tertiæ perſonæ futuri Niphal. Myſterium ex Rabinis Menahem, Moſe ſacerdote, Salomone Iarki, Aben-Eſra, & alijs enarrabo, qui illud de Tanchuma antiquo libro ſect. 8. hauſerunt. Aiunt candelabrum iſtud cum omnibus ramis, calamis, ſphærulis, haſtili, &c. ex vna maſſa ſine vlla commiſſura & partium inſitione componi Deum iuſſiſſe: Moſi verò rei difficultate deterrito Deum ſtatim dixiſſe, *fiet candelabrum*, ſcilicet à ſeipſo, non amplius *facies*. Quapropter iubẽte Deo auri maſſam in ignem Moſes coniecit, candélabrúmque, vt Deus præſcripſerat, ſtatim fabrefactum, nullo alio adhibito labore aut artificio ab igne remouit. Hinc

præcipuè Menahem & Moses colligũt verbum istud in tertia persona futuri Niphal efferendum esse, non autem in secunda futuri Kal seu actiui: Vnde sequitur תֵּעָשֶׂה non תַּעֲשֶׂה legendum. Difficultatem tamen istius artificij quæ miraculo superata est, parui fecit Abarbinel in hunc locum.

Superest irreptio τοῦ iod, cuius cum nulla sit ratio, nam non magis passiuæ quàm actiuæ significationi addi debet, ad panaceam & ordinarium suum asylum confugiunt: additionem illam diuinitus factam esse, vt
VIII decem candelabra quæ Salomo facturus
erat, mysticè significarentur. Sic Aben-Esra ex aliorum sententia, vt mox referetur: sic præterea se scriptum inuenisse in margine cuiusdam libri Biblici scribit Menahem. Aliud mysterium idem autor refert ex libro רעיא מהימנא, seu pastoris fidelis, Deũ Iod addidisse, vt his dictionibus תיעשה המנורה *fiet candelabrũ* quatuor literæ tetragrãmati cõprehensæ candelabrum sine partium cum corpore per commissuras coagmentatione in si-

in ſimilitudinem diuinæ ſimplicitatis, fieri oportere docerent. Quod cum Moſes intelligeret, & admodum difficile factu exiſtimaret, Deus illum monuit hoc benè inſtitutum: nam illa litera non tantùm notat Candelabri vnitatem inſtar Dei compoſitionis expertem, ſed etiam ſicut diuinitas à ſeipſa eſt, ita candelabrum à ſeipſo ſine artificum induſtria formatum iri. Hæc ſunt formidabilia myſteria quibus Iudæi veluti vallis & aggeribus corruptiones, quæ Biblia ſemel inuaſerunt, ab omni emendatione conſeruant. Si me iudice litem dirimere velis, ab aliquo Rabino ante punctorum textui adnotationem, Iod addita eſt, vt תיעשה paſſiuè legẽdum eſſe doceret. Solent enim Iudæi cum ſine punctis ſcribunt, dictionibus iod inſerere, vt lectorem moneant ſyllabam cum tſere, vel chirich legendam eſſe, ne nimium ancipitibus homonymiјs ipſorum ſermo laboret.

Literam iſtam & puncta quibus notatur, irrepſiſſe, myſteriorúmque iſtorũ vanitatẽ,

cõſidera, lector, quibus argumentis demõ-
IX ſtremus. Codex noſter Samaritanus non modo illã omittit, ſed etiam תעשה actiuè & in ſecunda perſona futuri legit, quod neceſſariò ex præpoſitione את המנורה *cãdelabrum* regente colligitur. ࠅࠏࠔࠉࠕ· ࠀࠕ ࠌࠍࠓࠄ· ࠀࠕ· ࠀࠕ· ࠌࠒࠔࠄ· ࠕࠏࠔࠄ· præpoſitionis את omiſſio in textu Iudaico, & myſterijs & irreptioni ꝯſimiliter iod occaſionẽ dedit. 70 Interpretes, ne tranſuerſum quidẽ vnguem à Samaritano diſcedunt, *Tornatile*, inquiunt, *facies cãdelabrum*: S. Hieronymus cõſimiliter, *facies & candelabrum ductile*: Syra verſio cum præpoſitione effert, ܘܬܥܒܕ ܠܐܦܝܗ̇ ܡܢܪܬܐ, *fuſionis facies candelabrũ*. Chaldaica vtrique textui prorſus conſentit, præpoſitionẽque ית quæ Hebræorum את æquiualet, *candelabro* addit, qua omnis homonymia Iudaica expũgitur. Sic tranſtulerunt viri linguæ Hebraicæ & Chaldaicæ peritiſſimi Fagius & Raphelengius; nec aliter debuerant. Quod argumẽtum eſt certiſſimũ Onkelos tempore aliter in textu Iudaico ſcriptum non fuiſſe, quàm

nunc in Samaritano conſpicimus. Verùm dimiſſis Chaldæis, Samaritanis, Syris, 70 Interpretibus, & Vulgata, quid ſentiant recentiores Iudæi examinemus.

A nobis ſtant contra Maſorethas & Vulgata Iudæorum Biblia, Rabinorũ pars maior & potior. Iudæorũ Grammaticæ מהלך שבילי הדעת, cuius autor eſt Moſes Kimhi Dauidis frater, quam Elias Leuita commẽtarijs illuſtrauit; פתח דברי quam idẽ ex Hiſpania recuperatam in lucem edidit, liber הרכבה quem de extraneis & Heterocliticis Bibliorum dictionibus magna diligentia compoſuit, de תיעשה dictione tam heterogenea nullam omnino faciunt mentionem, quanquam cæteras minutè conſectentur. Sed quod magis mirere, Dauid Kimhi qui diffusè admodum de Grãmaticalibus ſcripſit, neque in מכלול neque in שרשים de hac heterocliſi verbum vllum facit, quanquam ob ipſius oculos perpetuò verſarentur diffuſiſſimi & moroſiſſimi Grammatici R. Ionas & Iehuda: quod certè argumentum

maximum est hanc dictionem Grammaticos istos, vt in codice Samaritano legitur, scribendam existimasse.

Aben-Esra consimiliter in libris Grammaticis צחות, & מאזני לשון הקדש, dictionem istam præterit, sed commentario in Exodũ quid de ea sentiat, senserintque antiqui Iudæi aperit. Illius verba vt memorabilia in historiam suam retulit Gedalias fol. 41. & Menahem in animaduersionibus suis, nos quoque huc referemus. ראיתי ספרים שבדקים חכמי טבריא ונשבעו חמשה עשר מזקניהם שלש פעמים הסתכלו כל מלה וכל נקודה וכל מלא וכל חסר והנה כתוב יוד במלת תיעשה ולא מצאתי ככה בספרי ספרד וצרפת ומעבר לים והקדמונים דרשו כי תוספת היוד רמז לעשרה מנורות שיעשה שלמה והכלל אם יש שם יוד היא מלה זרה. *Vidi libros quos solicitè examinauerunt Sapientes Tiberiadis, & de quibus iurauerũt quindecim seniores ex illis, quod tribus vicibus considerauerant omnem dictionem, & omnem punctationem, omnes quoque dictiones plenas & defectiuas, sed erat scriptum iod in dictione* תיעשה. *Verùm idem*

non reperi in libris Hiſpanicis, Gallicis & transmarinis. Priſci autem allegoricè explicauerunt quod additio τοῦ iod figurabat decem candelabra quæ fecit Salomo. In ſumma ſi eſt ibi iod, dictio eſt irregularis & peregrina. Quare nihil mirum ſi omnes illi Grammatici de iſta irregularitate nihil dixerint, cum omnes præter Eliam Hiſpani fuerint.

R. Menahem in libro primo שתי ידות quē inſcripſit אור תורה multis contendit huic dictioni iod inſerendum eſſe: Iſta tamen candidè fatetur, נ״ל להבריע דמלא יו״ד הוא אע״פ שבספרי ירושלם ובמצריים מצאתיו חסר חדא כי מצאתיו ביוד בכל הספרים הספרדיים כתיבת יד זולת בא׳ מהם ואפילו באותו חדא היה כתוב בגליון שבמונה נמצא מלא. *Videtur mihi tutius eſſe iod huic dictioni adeſſe, quanquam defectiuam tantùm illam inuenerim in libris Ieroſolymitanis & Ægyptijs. Nam inueni illam cum iod in omnibus libris Hiſpanicis manuſcriptis vno excepto: In quo etiam vno ſcriptum erat in margine, quod in libro correcto dictio reperiebatur plena.* Teſtimonia autem Menahem & Aben-

Esræ sibi non contradicunt: scripsit enim Menahem ante tantum 13. annos, Aben-Esdra autem annum agens 75. mortuus est, vt refert Iesod holam anno mundi 4925. Christi, 1164.

A tempore igitur Aben-Esræ ad nostra vsque tempora, hoc est intra spatium integrum 500. annorum, in libris Hispanicis facta est ista mutatio: quam etiam deprehendimus in manuscriptis de quibus statim plura nobis dicenda sunt, Abarbinel Hispanus quoque hunc locum commentans ter scripsit dictionem istam sine iod, & silentio variam illam lectionem præterijt: Salomon verò Gallus Trecensis contendit illam passiuè sumendam, sed additionis τοῦ iod, quanquam occasio sese offerret, ne γρῦ quidem. Elias Mizrachi vult addi, & inde ad fabulas de quibus supra, fusè diuagatur. Samaritano igitur codici, 70 Interpretibus, & Hieronymianæ translationi consentientes aduersus Masorethas, recentiores codices Manuscriptos, & omnes excusos libros, præter

insignes Rabinos, habemus Iudaicos omnes codices antiquos, Hierosolymitanos, Ægyptios, Hispanos, & Gallicos. Hactenus de vtilitate codicis Samaritani dictum esto.

Masoram & antiquitus & nunc perturbatissimè & corruptissimè scriptam fuisse, errandi occasionem vbique præbere, atque à Iudæorum antiquorum magna parte contemptam esse demonstratur.

CAPVT VII.

Consilio nostro qui Samaritanũ textum illustrandum suscepimus, ex ijs quæ demõstrata sunt, satisfactum erat. Verùm quoniam necesse nobis fuit in codices Iudaicos non semel aliquid duriùs pronuntiare, hominésque multi minimè mali existimant Iudæorum manus non secus ac Midæ quæcunque contrectant, in aurum conuertere, corruptelarum Iudaicarum post Masoretharum correctiones specimina nõnulla ab ipsis Iudæis adnotata ab oculos le-

ctoris breuissimè proponam. Obiici enim potest, istas perturbationes ante Masorethaȓ censurā in codices irrepere potuisse, sed tam exactâ censurâ viam illis in omne æuum interclusam. Ita quidem gloriabundus loquitur Elias Leuita, præfat. 3.pag.27. vt cæteros omittam אחר המעשה אשר עשו בעלי המסורת אי אפשר שנפל או שיפול חלוף או שנוי בשום צד בכל ספרי המקרא ולא לחנם אמרו רז״ל מסרת סיג לתורה. *Post opus quod fecerūt Masorethæ fieri non potest, vt inciderit aut incidat mutatio, aut deprauatio quouis modo in omnibus libris scripturæ. Ideo non incassum dixerunt Magistri nostri, Masora sepes est legi.* In eandem sententiam allegoricè torquet illud Cantic. 3. 8. *Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Custodes istos lectuli Salomonis, notas interpretatur, & ænigmata Masorethica. Si Iudæi vnici hoc sibi persuaderent, vilissimæ gentis contemptu lectori satisfactum esse existimarē: Sed cum aliorum animos hæc insederit opinio, quàm leui fundamento nitatur, breuissimè perstrin-

perſtringam; alterius eſt enim loci iſta diſputatio, nec opere deſudato alienæ materiæ elaborandæ inſudare iuuat. Duo igitur paucis præſtabimus, Prius, paulò poſt Maſorethicam ſcriptionẽ, nihil fuiſſe Maſorethicis libris perturbatius, & corruptius demõſtrabimus: Poſterius, variarũ lectionum in libris biblicis poſt Maſorethas & Grammaticorum qui illos ſecuti ſunt cenſuras, ſpecimen exhibebimus.

Huius rei teſtes prodeant, quotquot Maſoræ illuſtrandæ operam nauarunt. Apud Iudæos duo perhibentur, apud Chriſtianos vnicus. Vt nulli alij de Maſora rectè iudicare potuerunt: Cæterorum enim ſunt præiudicia non iudicia; ita nulli Maſoræ errores, oſcitantias, & perturbationes confidentiùs traduxerunt. Primus eſt R. Iacob Ben-Chaim, qui Maſoram ingenti labore Biblijs Venetis ſecundæ editionis adpoſuit. Sic de antiquis Maſoretharum exemplaribus quæ euoluebat, teſtatur ad finem præfationis in eadẽ Biblia, אחר שראיתי בספרי המסורה והתבוננתי

בהם ראיתי מבולבלים בהכלת ומשובשים עד שאין בהם בית אשר אין שם מת היינו פסוקים שהיה מביא בעל המסרת והבלבול הגדול שהיה בהם כי אותם הספרים שהיה בהם המסורה סביב לא היתה המסורה כתובה כסדר הפסוקים שהיה בעמוד. *Poſtquam inſpexi libros Maſoræ, animúmque his applicui, vidi illos omnino confuſos, & eo vſque perturbatos, vt nulla in illis eſſet domus ſine mortuo. Perturbatio maxima erat in verſibus ſcripturæ quos adducebant & enumerabant Maſorethæ; eo quod libri circa quorum marginem adſcripta erat Maſora, adſcripta nō erat iuxta ordinem columnarum.* Perturbationis iſtius exempla refert, poſtea ſubdit ורובים היו כתובים בקשרים וציורים עד שלא היה באפשרות להבין מהן שום דבר כי כוונת הסופר היתה ליפות כתיבתו ולא להבין ולעיין בה. *Multi quoque deſcripſerunt Maſoram cum ligaturis & figuris, ita vt impoſſibile ſit verbum vllum ex illis intelligere, cum Scopus Scribæ fuerit ſcripturam ſuam ornare, non autem eam intelligere & conſiderare.* Alias huius perturbationis cauſas reddit, linearum ſcilicet æquatio-

nem. Quatuor, inquit, supernè solẽt semper adscribere, quinque infernè, atque vt iste numerus neque augeatur, neque minuatur, modo sententiam & enumerationem Masorethicam in medio, modo in principio resecare. Pluribus ista persequi nos assequente prelo iam non licet.

Ipse Elias qui Masorethicam sepem modo impenetrabilem asserebat, easdem perturbationes notat & exagitat quas autor præcedẽs præfatione 2. in Masoreth Hammasoreth pag. 7. *In ijs,* inquit, *defectus non possunt numerari. Scribæ enim gloriæ cupidi ad Masoram non attenderunt, sed præcipua eorum cogitatio fuit ornare scripturam suam, lineasque rectè disponere, ne earum forma, variaretur, essẽntque in omnibus paginis æquales. Prætereaillos decorauerũt imaginibus & figuris, implicatis & perplexis scripturæ ligaturis, floribus quoque: ideo coacti sunt sæpe abbreuiare & munire latera & membra figurarum rebus dictis in locis alienis quæ ibi erant superfluæ: sæpe etiam adnotata sunt in*

loco conueniente; ſæpe nihil omnino comme-morauerunt, eo quod ſpacium non ſufficeret: Vnde neceſſe erat illos deſinere in medio nego-tio. Sic opus imperfectum defectibus vndique ſcatebat. Qui oculos ſemel tantùm conie-cerit in Biblia manuſcripta, cauſas & fun-damenta perturbationum iſtarum ſtatim intelliget.

Ioannes Buxtorfius qui huic operæ ante paucos annos diligenter incubuit, cap. 19. Commentarij Maſôrethici idem fert iudi-cium, *Scribæ*, inquit, *infinitos errores in Ma-ſoram introduxerunt, cohærentia diuellendo, diuerſa vniendo, natiua vnius loci in alienum ſolum transplantando, detrahendo, addendo, commutando, vt Elias Leuita id optimè ani-maduertit* (Eliæ teſtimonium quod ſupra interpretati ſumus poſtea refert) *& nos id nunc caſtigationibus noſtris manifeſtè com-probamus.* Præfatione quoque in iſtum li-brum. *Pudenda verò hîc Iudæorum eſt negli-gentia, immanis incuria, & oſcitantia, ad manifeſtiſſima etiam vitia cæcutiuiſſe, & in-*

ter tot impreßiones ad ea meliorem manum non adhibuiſſe.

Pertinax quidam Iudaicæ ἀναμαρτησίας propugnator contendet forſan, Saltem nunc poſt tot exantlatos labores Maſorethici libri omnibus mendis, & deprauationibus purgati ſunt, & in integrum reſtituti. Neque etiam hoc impunè concedam, contrarium enim ex ijs quæ paſſim adnotauimus maniſeſtè liquet. Sed ipſos Maſoræ inſtauratores teſtes audiamus. Laudat plurimũ Elias Leuita Maſoram à R. Iacob editam, & omnibus antiquis Exemplaribus longè præponit, vt videre eſt in 2. præfat. pag. 8. Verũ addit, הרבה שגה בראיה׳ ובמקומות אין הקר׳ העיד עדות שקר׳ ואין לתמוה על ככה׳ כי תחת המלאכה׳ היה חנוך חדשה׳ וכל התחילה קשה. *Plurimùm errat in coniecturis & probationibus: in multis locis non aſſequitur quod inquirit, adducit teſtimonia falſa. Hoc mirandum non eſt, quoniam ad opus nouum ſe accinxerat. Omne autem principium difficile.* Nec ipſe Maſoræ impreſſæ inſtaurator Ben-Chaim diffitetur

in fine præfationis in Biblia, ſe non potuiſſe omnes librorum differentias componere, quanquam hac in re multùm deſudauerit, plurimoſque libros contulerit; ideo multa dubia, vt ſe habebant, reliquiſſe, in nonnullis librorum differentias adnotaſſe. Denique quid de opere ſuo ſentiat Buxtorfius, ex ipſius præfatione audiamus. *Nec tamen credas omnia eſſe correcta & emendata; nunquam enim ordine in ſingula inquiſiui, ſed prout quæque nunc hic nunc illic obuiam accedebant, ita ad Cenſuram vocaui. Multa non dubito ſuperant, ad quæ examinanda hinc patebit aditus.*

Ratio autem ſcribendi Maſoretharum quod dicimus ſuapte natura cõuincit. Dialectus enim Chaldaica eſt, Iudæis omnibus, ſi paucos excellẽtes Rabinos excipias, ignota. Deinde tota nominibus quibuſdam artis iſtius proprijs abundat, quæ nemo quãtumuis Hebraicè & Chaldaicè doctus, niſi diu in his ſeſe torſerit, vnquam intelliget. Elias Leuita inſignis ille Grammaticus qui

de Masora scripsit post Ben-Chaiim, & Bibliorum Venetorum editionem, testatur initio præfationis secundæ, annos viginti cõtinuos in hoc studio se cõsumpsisse, seque primum esse qui illam interpretatus fuerit: (Ben-Chaim enim Masoram per ordinem disposuit non explicauit) Verba Masoræ à Iudæis esse abscõdita, coram ipsorum oculis esse velut somnium cuius nullus est Interpres, quod non cognoscunt, non intelligunt, quia in tenebris pernoctant. Denique forma & character scribendi Masorētharũ totus est erroribus obnoxius, obiectus & prostitutus. Nihil enim aliud in Masora legis quàm hoc, ter, decies, vicies, &c. habetur in lege, prophetis & Hagiographis. Quomodo verò numeros suos exprimunt? Literis solitarijs numerorum notis. Quid verò facilius quam literam litera commutare? Ergo cum ב, bis dixerint; Scriba כ, viginti substituet; sicque pro duabus vocibus virtute Masorethica scripturæ viginti accrescent? Signa, inquies, quæ tradunt istius numeri

difficultati medentur. Verùm Masoræ Doctores omnes nos monent, vt supra demõstratum, signorum istorum magnam partem modo omitti, modo in alienum locum transponi, modo vniuersa præteriri. Vides igitur Christiane lector, quàm caducum & ruinosum præsidium scripturæ sacræ sit Masora Iudaica. Quis enim huic custodi custodem dabit? huic sepi sepem? huic præsidio præsidium?

Sanè hæc diligenter perpendenti Masora pro maxima sui parte otiosorum hominũ videbitur opus, cui soli si Bibliorum emendatores attenderent, perturbatio maxima in sacros codices statim inueheretur. Huic tantùm vsui omnes ipsius numeri inseruire possunt: Nempe, si res aliunde nobis constat, tum Masoræ consensu quomodocunque confirmatur. Hæc non ego, sed antiquiores Iudæi plurimi vulgò dixerunt & scripserunt. Iudas Leuita autor libri Cozri serm. 3. cap. 31. de Masoretharum inuentis verba faciens postquam illa enume-

rauit

rauit hoc præiudicio Proselytũ suũ imbuit, התראה שמעשיהם בזה לריק ולבטלה או השתדלות בדברי חובה. *Nunquid vides quod opus eorum in hoc vanum fuit & superuacaneum, & diligens occupatio in re dãnabili.* In eadem sententia fuisse plures Iudæorum Rabinos atque ipsum Aben-Esrã demõstrat ex Ephodeo Cozri Commentator in hunc locum, רוב החכמים שראיתי ושמעתי מפחיתים ומבהילים ומגנים את הקחירה הזאת המיוחסת לספרים והראבע המשילם למי שמונה העלין והדפין לספרי הרפואה כי לא יגהה מכל זה מזור. *Multi sapientes quos vidi & audiui despiciunt, traducunt & vituperant studium hoc scribis attributum. Sapiens quoque R. Aben-Esra comparat eos numeranti folia & paginas librorum Medicinæ, quibus omnibus non sanatur vllum vulnus.* Ita olim de Masoretharum diligentia sentiebant Iudæi; Antiquitate res in superstitionem cõuersa est, & superstitione nomen illis & autoritas comparata. Hæc nunc de Masoræ confusa & indigesta mole pro instituta breuitate dicta sunto.

Specimen duodecim locorum ex Genesi post Masorethas deprauatorum, & de illis Iudaicorum codicum dissensio.

CAPVT VIII.

I. *Variarum deprauationum apud Iudæos breuis enumeratio.* II. *Innumeras collegit R. Menahem.* III. *Magna in libris Iudaicis punctorum perturbatio tempore R. Kimhi.* IV. *Iudæi omnes & singuli librum legis describere tenentur.* V. *Masora sibiipsi contradicit.* VI. *Quatuor crassi solœcismi in codicibus Iudaicis ex Samaritano emendantur.* VII. *Iudæorum libri correcti, alij pro Samaritano stant, alij contra.* VIII. *Varia Masoræ contradictiones.*

NIhil nunc nobis aliud superest quàm speciminis propositio, qua lectorum oculis codicũ Iudaicorum variæ lectiones, & deprauationes post Masoretharum criticen graphicè subiiciantur, vt Iudæi velut ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendantur. Antea tamen lectores maximè velim seriò mecum aduertere, quàm multa hîc silentio prætereamus, quæ tamẽ explicata proposito nostro
I plurimũ conducerent. Primum תיקון סופרים *correctiones scribarum*, quas quidam quindecim numerãt, alij octodecim עטור סופרים

ablationẽ quoque eorundem Scribarum, quã
Talmudici quinque dictionibus ſcripturæ
factã eſſe perhibent. 2. Dictiones permultas
de quibus diſſenſerunt Ben-Nephthali ca-
put Orientalium Iudæorum, & Ben-Aſer
caput Occidentalium. Facile enim probare
poſſumus non tãtùm de punctis, ſed etiam
de vocibus ipſis contentiones inter ipſos
ortas fuiſſe, ab ijs diuerſas quas ſupra enu-
merauimus. 3. Vocales & accentus de qui-
bus inter ſe digladiantur Orientales Iudæi
& Occidentales, quorum paſſim in Manu-
ſcriptis Biblijs catalogus texitur. 4. Puncta
aut vocales quibus inter ſe differunt Iudæo-
rum Occidentalium libri etiam correctiſſi-
mi. Cuius rei exempla innumera è ſolo Pẽ-
tateucho collegit R. Menahem toto primo 11
libro שתי ידות; inter quæ pleraque ſunt quæ
dictionum non ſecus ac literarũ corruptio-
nem ſpectant & emendãt: Quod opus Ra-
bini nouẽ Conſtantinopolitani, approbant,
& laudibus in cœlum vſque ferunt, tãtùm
abeſt, vt autori vel leuiſſimè ſuccenſeant.

III Tanta erat olim Vocalium apud Iudæos confusio, vt R. Dauid Kimhi in præfatione Dictionarij sui testetur necesse illi fuisse libros correctos ex Hispania accersere, vt de punctatione quarundam dictionum iudicaret, 5. Talmudistarum & Masoretharum de dictionibus frequentes contradictiones. Ista omnia de industria omittimus, quia paucis, vt par est, explicari non possunt.

Monitum denique lectorem velim specimen hoc è libris vulgaribus, aut plebeijs Iudæorum non esse decerptum, sed ex libris emendatissimis Rabinorum & Grammaticorum. Apud te perpēde, Catholice lector, si tam immaniter post Masoretharum correctiones, emendatissimi Iudæorum libri inter se dissentiunt, quid accidit ante Masorethas, & in ipsa omnium gentium Barbarie? Quænam de plebeijs Iudæorum codi-
IV cibus sententia ferenda? Moses Ægyptius tomo primo, tractatu de libro legis initio sectionis primæ, ait Iudæis omnibus & singulis diuinitus præceptum esse, vt librum

legis ipsissimi sibiipsis describant; neque hereditario iure paternum librum possidere vlli sufficere. Si verò scribere nesciant, teneri vt ipsis describatur, procurare. Cũ igitur Rabinissimi quique turpiter cespitent, num Iudæastros & Verpulos omnes in lege describenda offendere nõ posse credemus? Quis in Ecclesiam Catholicam animo erit tam infenso & furioso vt ipsi in sacris codicibus describendis præferre audeat Iudæorum Fullones, Sarcinatores, Institores, Mãgones, vitrorũque Interpolatores omnes, sed ad rem veniamus. Specimẽ istud ex notulis marginum Masorethicarũ, quæ in Biblijs Venetijs excusis, à R. Iacob Bẽ-Chaijm ex varijs libris collectæ sunt, decerpsimus, quæ ibidem iterum à Iudæis, & Basileæ à Buxtorfio nuper recusa sunt. Caput, & versum adnotamus, verbáque Rabinica exscribimus, & explicamus, vt vnusquisque an falsò aliquid iactemus, experiri possit. Quãquam enim codices isti omnibus præsto sint, non omnibus tamen præsto est Maso-

rethicarum notarum explicatio.

Ex duodecim teſtimonijs primum petitum eſto ex Geneſ. cap. 19. verſ. 13. ad voces את המקום adnotatur ובספר אספמיא אשר נמסך עליו נמצא אל המקום, *In libro Hiſpanico cui innitebamur repertum eſt* אל המקום. Codex Samaritanus ſimilis eſt textui Veneto, cui conſentiunt 70 & Vulgata.

Capite 25. verſ. 3. ad vocem ולאמים, notatur, יס׳ מדוייקי׳ כתו׳ ולאמם *ſunt quidam libri correcti in quibus ſic ſcribitur* ולאמם, Samar. ſequitur textum, ſed in voce præcedente longè aliter, Iudaicè ולטושם Samar. ולטשאים Eodẽ cap. verſ. 14. ad vocem ודומה, nota eſt ובספר אספמיא אשר נמסך עליו דומה בה״א וכן אומר בעל המסורה וברוב ספרי׳ נמצא דומא באלף. *In libris Hiſpanicis quos ſecuti ſumus* דומה *ſcribitur per He, & ſic ſenſit autor Maſoræ, in multis tamen libris* דומא *per aleph.* Samarit. ſcribit cum ה, Item verſ. 25. ad vocẽ ארמוני notatur, ברוב הספרי׳ חס׳ ולפי המסורה מלא וכן ראיתי בתיקון ס״ת. *In multis libris defectiua eſt, ſed eſt plena iuxta ſententiam Maſoræ, ita etiam vidi in*

correcto libro legis. Samarit. plenam repræ-
sentat.

Cap.26.verſ.22.ad vocem רחבות, notatur
כן כתוב: ובתיקון ס״ת ראיתי רחבת חס׳ ומונה חס׳. *Sic*
ſcribitur: ſed in correcto libro legis vidi רחבת
defectiuum, & ad marginem correctum, defi-
cit. Samarit. neutri conſentiens legit רחיבות.
Eodem capite verſ.25. ad vocem אהלה no-
tatur, בתיקון ס״ת וגם בספרים מדויקים ראיתי אהלו
בו׳ אבל בעל׳ המסור׳ אומר אהלה בה׳ ויש חילוק גם
במסור׳ שיש קצת ספרי׳ שאינם מונין זה בחשבון. *In* v
correcto libro legis atque etiam in libris corre-
ctis vidi אהלו *cum vau: verùm autor Ma-*
ſoræ dixit אהלה *cum he. Eſt etiam diſſenſio in*
Maſora, nam ſunt quidam libri qui non nu-
merant hanc dictionem in ſupputatione ſua.
Legit Samarit. cum vau, ita etiam legerunt
70 Interpretes cum Vulgata: ſenſus hoc
neceſſariò poſtulat. He enim eſt articulus
qui ad fœminam refertur, ſed illic agitur de
Abrahamo de quo dicitur, *& ibi tetendit ta-*
bernaculum ſuum. Maſora ad cap. Geneſ.9.
notat quater craſſum hunc ſolœciſmum vi

committi, Gen. 9. 21. Gen. 12. 8. Gen. 13. 3. & hîc: Sed vbique Samarit. codex regulariter & Grammaticè legit אהלו. Nihil dubius sum Rabinos mysteria causaturos: verùm vnicuique prudenti notum est nulla esse phreneticorum insomnia tam insana, quæ mysterijs eiusmodi colorari non possint.

Capite 27. vers. 3. ad vocem צידה, *venatio* ה יתיר׳ אבל פלונת׳ דרב נחמן והיא חד מין כא׳ תיבין כתי׳ ה׳ בסוף תיבות ולא קרי. *He, abundat, sed dissentit R. Nachman: ipsa autem est vna ex 21. dictionibus quibus adscribitur, He, in fine & non legitur.* Propter hoc Masorethæ huic literæ in illa dictione velut inutili nullum punctum affixerunt. Samaritanus codex, vt vult ratio & linguæ genius legit ציר.

Capite 34. vers. 22. ad vocem נמלים, circũcisi, ל׳ באו׳ וחס׳ ובספרים מדוייקים מצאתי נמהלים נקוד. *Nõ est amplius in lege & deficit. Verum in libris emendatis inueni* נמהלים *punctatum*, hoc est *permisti*; fortasse legendũ כתיב *scriptum* pro punctato: Samarit. tamen 70 & Vulgata legunt, *circumcisi*. Ibidem vers. 25. ad vo-

ad vocem ביהיותם, notat בספ' מצאתי כן בהיתם, *sic inueni* בהיתם *in libris Hispanicis*. אספמיא. Samaritanus cum textu Veneto consentit.

Capite 36. vers. 7. ad vocem רכושם, opes eorum, יש ספרים חסר, *in quibusdam libris deficit vau*. Samarit. plenè scribit, vt alias plerasque dictiones defectiuas.

Cap. 46. vers. 3 ad voces מרדה מצרימה, notatur, ובתיקון סופרים ראיתי מרדה מצרים אבל בעל המסורה אומר מרדה מצרימה. *In correctis libris vidi* מרדה מצרים, *autor tamen Masoræ dicit*, מרדה מצרימה. Samar. in voce מצרימה consentit cum textu vulgari, sed in alia voce pro ה legit tau. Exod. 19. vers. 4. diuisi sunt libri Iudaici non in scriptione finis huius dictionis sed principij, alij enim habent præpositionem ב, alij ל, Samarit. habet ל, ita etiam legerunt 70, cum verterunt ὅσα πεποίηκα τοῖς αἰγυπτίοις, *quæ feci Ægyptijs*. Masorethica adnotatio est eiusmodi. חלוקים הספרים ויש הרבה ספרים במצרים ובספרים מדויקים גם בקצת ספ' מדויקים נמצא למצרים. *Diuisi sũt libri, plurimi enim sunt libri in quibus scribitur* במצרים, *in*

libris tamen correctis etiam in quibusdam libris legis emendatis inuenitur למצרים.

Genes.49:vers.21. ad vocem הנתן, ita adnotatio marginalis, חד מן ה׳ מלי׳ ובס״א נמסר עליו
VIII ד׳ חסר׳ וכן הוא בתיקון ס״ת חסר וברוב הספרים. *Vnũ est ex quinque plenis, sed in alijs libris traditur ad hanc vocem, quatuor deficiunt, & sic ista vox in correctis Pentateuchis deficit, & in multis libris.* Paucis verbis plurimi errores deteguntur in textu Iudaico; primum הנתן dictionem vnã esse ex quinque plenis, scribitur tamen defectiuè in textu contra hanc Masoram, & contra magnam quæ habet, הנותן ה׳ מלאים וכו׳, *quinque plenæ sunt, &c.* inter quas hãc enumerat. Deinde marginalis illa Masora contra magnæ sententiam omnes illas voces defectiuas esse scribit, hoc est ab eis literam vau abesse: In Samaritano codice hæc vox quoque cum defectu vau scribitur. Hæc de sexcentis in specimine nostro selecta sunto.

De praua duorum versuum in Iudæorum codicibus omißione.

CAPVT IX.

I. *In Iudæorum codicibus varietatem lectionum esse innumeram fatetur Cozri.* II. *Quare duo illi versus adesse debeant.* III. *Omissionis mysteria quærunt Iudæi.* IV. *De duobus istis versibus decem manuscripti consulti.* V. *Vnde est quod in multis editionibus Hebraicis legantur.* VI. *Varietas codicum & contradictio Masoræ.* VII. *Maximam textus Chaldaici corruptionem fatentur Iudæi.* VIII. *De codice Hilleliano.*

FRustra quis Iudaicorum codicum varietates omnes colligere nitetur si libro Cozri antiquissimo, & apud Iudæos celeberrimo credendum est. Regi enim Cozari I
quem Iudaismo imbuebat, allatis duobus varietatum exemplis cæteras innumeras esse fatetur. Hæc sunt autoris verba cap. 27. libri tertij. Postquam interrogauit Proselytum suum, quid faceret varietate in duobus aut tribus libris deprehensa, responditque Rex Proselytus librorum maiorem numerum se secuturum, pauciorem autem præ-

terituram, interrogat iterum Rabinus ומה תאמר באות שתמצא בספרים בחלוף ההקשה כמו צדו צעדנו התראה שהוא צרו ואשר לא נשא לשוא נפשי ישיבוהו נפשו וזולת זה שלא נוכל לספרם. *Quid verò dices de literis quæ reperiuntur in libris cum permutatione difficili, veluti* צדו צעדנו, *venati sunt gressus meos, Numquid vides quod hoc est* צרו, *arctauerunt. Et non accipiet in vanũ* נפשי *animam meam, conuertunt illud in* נפשו *animam suam, & alia præter hæc quæ numerare non possumus.* Posterius à Masorethis animaduersum est, atque in varias lectiones relatum; sed prioris non meminerunt. Verùm Aben-Esra in libro צחות ad literam Resch vtramque lectionem agnoscit, & contendit ex Prouerb. 4. vers. 12. rectè dici gressus arctare, attamen textui de quo agitur, venari magis competere. Tam lubrica autem est eiusmodi literarum permutatio vt in Aben-Esræ Exemplari vbi צרו distinguit à צדו bis scriptum sit צרו. Itaque cum autore isto Iudæo cæteras omnes codicum Iudaicorum deprauationes nunc missas fa-

cimus, quis enim illarum numerum inire
valeat? vnicam quæ ſequitur ob oculos Ca-
tholici lectoris modo deſcripſerimus.

Petitur è cap. 21. Ioſuæ in quo verſus duo
36. & 37. à Iudaicis ferè omnibus codicibus
abſunt, qui tamẽ ex rei & cõtextus neceſſi-
tate adeſſe debent. Verſus illos nonnulli Iu-
dæorũ codices ſic repræſentãt, *Et de tribu
Ruben, Beſer & ſuburbana eius, & Iatſa &
ſuburbana eius. 37. Kadmoth & ſuburbana
eius, & Mephaat & ſuburbana eius.* Ratio 11
neceſſitatis eſt quod vnaquæque tribuum
vrbes quatuor Leuitis tradidiſſe illo capite
dicitur, cæteriſque verſ. 7. tribus Ruben ad-
numeratur. Cum verò vrbium cõceſſarum
nomina referũtur in textu Iudaico quatuor
Rubenitarũ vrbes ſæpius omittũtur. Omit-
tunt illas magna Biblia Veneta ſecũdæ edi-
tionis & tertiæ, nec non nupera Baſileenſis,
ſicque ad marginẽ adnotãt, יש ספרי׳ מונה בהם
וממטה ראובן את בצר וגו׳ ובכל הספ׳ המדוייקים הישנים
לא נמצא ועיין בפי׳ הקמחי וגם במס׳ עיין כי בשמונה פת״
לא נמצא אלו בכללן וזו ראיה גדולה. *In nõnullis li-*

bris corrigitur, & de tribu Ruben, Botſor, &c. (addendos ſcilicet duos illos verſus) *ſed in omnibus libris correctis vetuſtis non reperiuntur. Vide explicationem Kimhi, vide etiam Maſoram, nam cum enumerat verſus legis, non reperiuntur iſti in eorum ſumma, quod eſt argumentum magnum.*

Videamus igitur vt iubet ille Scholiaſtes, quid dixerit ante annos 350. Kimhi inſignis Grammaticus & ſcripturæ Interpres. In verſum 7. iſtius capitis ita ſcribit, בזה פסוק אומר כי שתים עשרה ערים היו לבני מררי ממטה ראובן וממטה גד וממטה זבולון ולמטה בספור הערים לא כתב אלא שמנה ערים ממטה. זבולון ארבע וממטה גד ד׳ וממטה ראובן לא כתב ויש ספרים מונה בהם וממטה. ראובן את בצר וגו׳ ולא ראיתי שני פסוקים אלו בשום ספר ישן מדוייק אלא מונה במקצתם וראיתי כי נשאל רבינו האיי ז״ל בזאת השאלה והשיב אף על פי דהכ׳ לא חשיב להו בדברי הימים חשיב להו נראה מתשובתו כי בספריהם כתובים אינן. *Ex hoc verſu infertur quod duodecim vrbes datæ fuerunt filijs Merari, de tribu Ruben, de tribu Gad, & de tribu Zabulon. Sed per tribus cum numerantur vr-*

bes, non ſcribuntur niſi octo vrbes, de tribu Zabulon quatuor, de tribu Gad quatuor: de tribu verò Ruben nihil ſcribitur. In nonnullis libris adnotatur corrigendũ, & de tribu Rubẽ Botſor, &c. (refert duos illos verſus) *ſed non vidi duos illos verſus in vllo libro antiquo emendato, ſed tãtùm adnotatos in quibuſdã. Vidi etiã Magiſtrum noſtrum Haié felicis memoriæ interrogatũ de hac quæſtione & reſpondentem, Etſi hîc non adnumerentur illis, in Paralipomenis adnumerari. Manifeſtum eſt ex eius reſponſione quod illos non ſcribebant in libris ſuis.* huc vſque Kimhi.

Effugium R. Haié quo Kimhi vtitur, in Paralipomenis, ſcilicet lib. 1. ca. 6. verſ. 78. illos verſus enumerari, magis conuincit apud Ioſuam enumerandos eſſe; nam quæcunque ibi in Paralipomenis enumerantur, de Ioſua repetuntur. Iſaac Abarbinel in Ioſuam, & Aaron Aben-Chaijm commentario in priores Prophetas, quem inſcripſit לב אהרן, intra Ioſuæ contextum illos inſerunt, ſed difficultatem iſtam tranſiliunt.

III Verùm Laniado in libro inſcripto כלי יקר, qui conſimiliter commentarius eſt in priores Prophetas, allatis verbis Kimhianis iſtius omiſſionis myſticam cauſam ſubdit, Ruben ſcilicet primum de liberatione Ioſephi verba feciſſe; ideo cum vrbes quatuor antea daturũ dictum eſſet, quas poſtea dederit nihil opus fuiſſe ſpeciatim enarrare; Dubiũ enim non erat hoc præſtiturum, cum liberare & alijs benefacere eſſet illi naturale, ſicut dicitur Iob. 17. *Et tenebit iuſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem.* Felices Iudæorum Scribæ, quorum errores quo fœdiores ſunt, eo myſterijs fœcundiores habẽtur! Duo igitur illi verſus ab Eſdra in Paralipomenis ex hoc loco exſcripti fuerant, ſed temporum iniuria & Iudæorum incuria non ſecus ac multi alij, de librorum longè maxima parte deleti ſunt.

IV Conſului decem Biblia manuſcripta antiqua quorũ ſex in Bibliotheca domus Oratorij Pariſienſis, ex dono Reuerendi Patris de Sanſy conſeruantur. Iſtorum vnum literis

ris maioribus, & vt ita dicam, vncialibus, tribus voluminibus pulcherrimè exaratum fuit anno 967. hoc eſt Chriſti 1208. Duo illi verſus primùm ſcripti fuerant, ſed poſtea ab eo qui ſcripſerat, eraſi ſunt, hac notatione ad marginem addita, לא מצינו אלו השני פסוקים בהללי. *Non inuenimus duos illos verſus in Hillelianis.* Aliud exemplar mediocribus literis ſed magno cum apparatu Perpiniaci anno mundi 5059. hoc eſt Chriſti 1300. ſcriptum, quod multa alphabeta, vt Iudæi vocant, in fronte, & ad calcem gerebat, duos iſtos verſus prorſus omittebat ſine vlla adnotatione. Duo alia exemplaria illos verſus in textu repræſentabant cum marginali nota .אלו שני פסוקי׳ אינן כתובי׳ בהללי *Iſti duo verſus non ſcribuntur apud Hillelē.* Duo quæ nobis ſuperſunt, quæque alijs videntur recentiora, duos iſtos verſus abſolutè textui inſerunt. Quatuor iſtis poſtremis codicibus nulla temporis epoche inſcripta eſt.

Exemplaria regia tria ſunt; quorum vnum duobus magnis voluminibus viginti

quatuor ſcripturæ libros complectitur. Ferunt Venetos hoc exemplar ob manuſcripti antiquitatem Henrico III. Chriſtianiſſimo regi literarum & literatorum amantiſſimo dono obtuliſſe, cum Poloniâ in Galliam rediens Venetijs hoſpitaretur. Exemplar iſtud duos illos verſus abſolutè non legit, nec quid addit quo omiſſionem iſtam, vel excuſet vel defendat. Alterum magno cum ſtudio & arte deſcriptum multiſque Alphabetis, & ordinibus Maſorethicis à fronte & ad calcem exaratum duos iſtos verſus intra textum adſcribit cum ſimili cæteris monitione, אלו שני הפסוקים אינן כתובין בהללי, *verſus iſti duo non ſunt ſcripti apud*
V *Hillelem*. Ex hoc exemplari duo illi verſus in magnam partem editionum Chriſtianarum propagati ſunt: Fertur enim Robertus Stephanus quem Typographorum magna pars imitata eſt, hoc exemplar potiſſimum ſecutus fuiſſe, pulcherrimamque characterum formam ex eo expreſſiſſe. Tertium exemplar quod cæteris & arte & ætate ce-

debat, illos duos versus absolutè exhibebat. Trib⁹ his libris nulla superest scriptionis æra.

In codicibus autem qui versus illos continebant, non vna erat scribendi forma. Vnus scribebat ואת קדמות; alij vau omittebant. Vnus habebat קדימות per iod. Tertium Bibliothecæ regiæ quater scribebat מגרשיה per iod: vnum ex nostris ter id faciebat. Sic tamen edicunt notæ Masorethicæ cap. 21. Iosuæ vers. 11. ad vocem istam, כול כן הסר יוד ובסא זקן ומדויק כול חסר י׳ במב חברון לבנה *Omne sic* (id est illa dictio מגרשיה) *deficit iod, in libro tamen alio vetusto & correcto notabatur, omnia deficiunt præter duo Hebron & Libna*. Hoc est præterquam cum dictio illa quæ significat *& suburbana eius*, additur vrbibus Hebron & Libna quod fit eodem capite vers. 12. Vide autem obiter quam notæ Masorethicæ sint sibi concordes; vna vult dictionem illam perpetuò deficere, altera duplici exceptione priorem sententiam corrigit: Neutrum tamen obseruant Iudaici libri.

Liber decimus ante tantùm 158. annos ſcriptus ad virum clariſſimum D. le Iay pertinet. Duos illos verſus continebat cum hac adnotatione אלו ב׳ פסוקים אינן כתבים בהללי וכן עקר הלכה דדברי הימי׳ חשיב להו הכא לא חשיב להו *Hi duo verſus ſcripti non ſunt apud Hillelem, cuius traditionis ratio eſt, quod cum in Paralipomenis numerentur, hîc neceſſe non eſt numerari.* Denique Chaldaica verſio hîc nutat non ſecus ac textus Iudaicus. Teſtatur enim Maſius vir Hebraicè & Chaldaicè doctiſſimus, ſe verſionis iſtius exemplar manuſcriptum Compluto allatum habere, in quo verſus illi duo ſcribuntur, quan-
VII quam exemplaria Hebræa his manca ſint & trunca. Editiones tamen Iudæorum Venetæ eiuſdem Chaldaici textus duos illos verſus omiſerunt. De Chaldaico textu nihil affirmamus niſi quod apud Iudæos vulgatum eſt. Tanta enim eſt, inquit, Elias Leuita præfatione in Methurgeman, Chaldaicarum. Verſionum varietas in dictionibus, literis & punctis, vt ex ijs Grammatica

construi non possit: quod de versione Onkelos quæ omnium Chaldaicarum est emendatissima, confirmat præfatione tertia in librum Masoreth Hammasoreth. Antuerpiensem regiam editionem cum editionibus Venetis qui comparauerit, nihil frustra Eliam dixisse deprehendet; quamobrem hæc fusiùs persequi nihil attinet.

Quæri meritò potest quisnam sit Hillelianus ille codex ad quem velut ad lapidem Lydium manuscripti examinabantur. Codex fuit scripturæ à quodam Hillele scriptus & correctus, vulgóque Iudæorum, vt ex eo libros suos corrigeret, expositus. Ante enim Typographiam inuentam celebres quidam apud ipsos erant libri à Grammaticis & Cantoribus descripti ad quorum leges Prouinciæ conterminæ libros suos conformare conabantur. Huiusmodi libros, vt ita loquar, fundamentales, multos enumerat Elias Leuita in fractorum tabulis. Quid de isto in libris Rabinorum legerim, huc re-

feram. Illius testimonium nonnunquam citat Kimhi, sæpissimè Menahem. Elias verò quæcunque de isto codice sciuit iam citati libri pag. 78. ita refert. מביאו הרד״ק במכלול ובשרשים וז״ל בספר הללי אשר בטוליטילא נמצא אשר תְּדְרוּ לַיְיָ הדלית רפויה עכ״ל ואני חשבתי כי הספר נקרא כן על שם מחברו הנקרא הִלֵּל אך מצאתי בקצת נוסחאות כתיב הלאלי באלף בין ב׳ למדין עיין בשרש שום גם ראיתי במכלול הנדפס בקושטנטינו נקדו הֵלְלִי בצירי ההא ולא ידעתו מה הוא. *Hunc librum citat R. D. Kimhi in Miclol, & in radicibus, hæc sunt verba eius: In libro Hillelis qui est Toleti reperitur* תדרו *cum daleth molli, huc usque verba eius. Ego autem existimo librum istum sic vocatum esse de nomine autoris qui dicebatur Hillel. Verũtamen in quibusdam exemplaribus scriptum erat Hilali cũ Aleph inter duo lamed, vide radicem* שום. *Vidi etiã in Miclol edito Constantinopoli punctatum Helleli cum tsere sub He. Nescio autem quis ille fuerit.* Addam & ego cum Iod post He me deprehendisse. Abraham Zacuth in libro Iuchasin ad annum mundi 4956. post-

quam acta vitæ Ramban prosecutus est istius codicis mentionem facit, Anno, inquit, isto defectio magna contigit in regno legionensi, ואז הוציאו משם ספר הארבעה ועשרים אשר נקרא ההיליליא שכתב אותם ר׳ הלל ומשם היו מגיהם כל הספרי׳ ואני ראיתי חלק מהם שנמכרו באפריקא ובזמני׳ היו ט׳ מאות שנה שנכתבו והקמחי בא׳ חלק בפס׳ למען תזכרו שהחומש היה בטוליטולא. *Et tunc eduxerunt inde librum viginti quatuor qui vocatur Hillelianus quē scripsit R. Hillel, & ex quo corrigebāt omnes libros. Ego autem vidi partem istius quæ vendebatur in Africa. Illo verò tempore nongenti erant anni cum scriptus erat: Kimhi quoque parte prima Grammaticæ* (intelligit Miclol) *ad dictionem* למען, *commemorat quod codex ille fuerit Toleti*. Existimat Zacuth ridiculè Hillelem istum antiquum illum esse qui computum Iudaicum composuit. Verùm quis omnibus Masorethis ne dicam omnibus Grammaticis, & Criticorum notis librum istum non prætulisset? Num Kimhi alijque qui illum consulebant, ab eo vel la-

tum vnguem discessissent? Num tot librorum emendatores textui scriptionem Hillelis inseruissent, & quæ ab ea diuersa erant, aut velut spuria resecassent, aut si maximi fecissent, ad marginem tantùm adnotassent?

IX. Lectorem denique monebo versus istos non tantùm legi in editione 70, & Vulgata, sed etiam apud Syros: Verùm propter Iudaicorum codicum varietatem, vtrosque & ab Hebræo, & à se differenter illos efferre. 70 cui consentit Vulgata hoc modo, *Et trans Jordanem quâ contra Iericho; de tribu Ruben, ciuitatem, refugium Homicidæ, Bosor in deserto: Miso & suburbana eius: & Iazer & suburbana eius: & Beemon & suburbana eius: & Mapha & suburbana eius: ciuitates quatuor.* In Vulgata vnico versu scribũtur ista, quam nos imitati in editione 70 Interpretum Parisiensi nihil diuisimus.

Syri autẽ isto, ܘܡܥܒܪܬܐ ܕܒܢ̈ܝ ܡܢܪܘܢ ܠܘܩܒܠ
ܘܐܝܪܝܚܘ. ܗܘ̈ܝ ܡܩܘܪܝܗܝܢ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܕܝܘܪܕܢܢ.
ܝܗܘܢ ܘܬܚܘܡ̈ܝܗ̇. ܘܩܕܡܘܬ ܘܬܚܘܡ̈ܝܗ̇.
ܘܩܪܝܬܝܡ

ܘܩܪܝܬܝܡ ܘܬܚܘܡ̈ܝܗ̇܂ ܘܐܣܡܘܬ ܘܬܚܘܡ̈ܝܗ̇܂
ܩܘܪ̈ܝܐ ܐܪܒܥ ܘܬܚܘܡ̈ܝܗܝܢ. *Et familiæ filiorum Merari, Leuitis qui ſuperfuerant, fuerunt ciuitates de tribu Ruben, Iahaz & ſuburbia eius: & Carmoth & ſuburbia eius: & Cariathaim & ſuburbia eius: & Ahaſamoth & ſuburbia eius; ciuitates quatuor ac ſuburbia earum.* Prima verba deſumpta ſunt ex verſ. 34. cuius rei ratio eſt, quod apud Syrũ prima recenſetur tribus Ruben, cum oppidis quæ Leuitis conceſſit, 2. Zabulon, 3. Gad. Apud Iudæos autem, 70, & Vulgatam præcedit Zabulon, & ſequitur Ruben, Gad verò poſtremo loco ponitur.

Memorabilia quædam ſpecimina ex Hebræo Samaritanorum Pentateucho, & Samaritana illius verſione proponuntur, & illuſtrantur.

CAPVT X.

IStius operis initio Pentateuchi Samaritani ſpecimina nonnulla polliciti ſumus:

Nunc fides noſtra liberanda eſt. Id autem cum fœnore & impendio præſtabimus. Cum enim folium proximè præcedens ſub prelo eſſet, opportuniſſimè Roma Lutetiā appellit, & nobis traditur Pentateuchi Samaritani Samaritana tranſlatio, de qua capite primo ſermonem fecimus. Literarum amantiſſimus Petrus à Valle Patricius Romanus ex illuſtriſſima familia oriundus, nō tantùm promiſſa præſtitit, verùm etiam vt quàm fieri poterat, ſecurè & maturè præſtaret, omnem lapidem mouit. Tam officioſi in rem literariam animi gratiarum illi agendarum reus non ego ſum tantùm, ſed quotquot ſunt & erunt literarum ſacrarum ſtudioſi. Liber ille integer eſt, ſplendidè cōpactus, tersè & nitidè in charta ſericea ſcriptus, nō in vitulina pelle ſicut Oratorianus: Characteris tamen forma, lumen, perpetua æquabilitas, & atramenti tenacitas Oratoriano plurimùm concedunt. Vterque hoc pretioſum habet, quod cum ad Sacerdotes Samaritanos pertinuerint, ab ipſis quoque

recensiti, & emendati fuerint. Petrus ipse eum Damasci reperit, & sibi comparauit anno 1616. tandemque post varias in Persidem & vniuersum Orientem peregrinationes secum Romam patriã suam anno 1626. detulit. Libri Scriba ad calcem adnotauit scriptum à se fuisse pro Sacerdote Damasci anno regni Ismaelitarũ 920. hoc est, Christi 1542. decima mensis Elul: neque literarum nitor, oculi, & gemmæ antiquiorem originem arguunt. Multa contuli cum nostro, qui multis seculis antiquior est, deprehendi quod iam conieceram, exactissimam esse, & verborum tenacissimam Hebræo-Samaritani textus translationem. Præterea Samaritanorum plebem Hebraicæ linguæ idioma sincerius Iudaica conseruasse. Ab Hebræo enim propiùs abest, magisque phrasim & genium Hebraicæ linguæ sapit Samaritica versio quæ nobis est præ manibus, quàm Chaldaicæ periphrases, Iudæorumque alij libri Chaldaici, vt ex speciminibus nostris manifestum erit. Istorum au-

tem Pentateuchorum ſpecimina, & breui futuræ editionis proludia pauca quidem ſelegimus, ſed maximè memorabilia, & viris ſolidè doctis cognitu, vt mihi quidē videtur, per quā vtilia. Quo illa facilius intelligat Lector, Alphabetum Samariticū cum Iudaico deſcribemus, vt vtriuſque comparatione literæ Samariticæ dignoſcantur, nec hoc contenti quæ Samariticè ſcribemus, Iudaicè ſtatim reddemus.

Alphabetum Samariticum.

ࠀ·ࠁ·ࠂ·ࠃ·ࠄ·ࠅ·ࠆ·ࠇ·ࠈ·ࠉ·ࠊ·ࠋ·ࠌ·ࠍ·ࠎ·ࠏ·ࠐ·ࠑ·ࠒ·ࠓ·ࠔ·ࠕ·

א·ב·ג·ד·ה·ו·ז·ח·ט·י·כ·ל·מ·נ·ס·ע·פ·צ·ק·ר·ש·ת·

Finales literas à cæteris diſtinctas nullas habent. De periodis & periodorum membris iam ſermonem fecimus. Diſtinctiones autem eiuſmodi arbitrarias eſſe, & ſicut apud nos pro vario ſcribentium ingenio variè nonnunquam adnotari, ex vtriuſque Pentateuchi comparatione & nonnullis fragmentis certò deprehēdi. Verùm Paraſchæ, ſeu ſectiones, vel ſi mauis capita quæ illi קצין Katſin vocant, definita ſunt & immota.

Ad finem Genesis in versione Samaritana adnotatur his verbis librum 250. Katsin continere,

[illegible]

[illegible]

Ad finem Exodi ducentas: Ad finem Leuitici 130. quot scilicet in Hebræo-Samaritano numerantur. Sectionũ adnotationem in reliquis libris præteriit, sed multis in locis comparatione facta eædem esse vtrobique deprehenduntur. Monitum denique lectorem velim, non solere Samaritanos in lege scribenda dictiones in duas lineas distrahere, sed vt spacium lineæ compleant, dictionis literas pro loci ratione à seinuicem separare, id tamen in nomine יהוה non animaduerti. Sæpe etiam ludit Scriba in dictionum aut literarum per diuersas lineas serie & superpositione, quam vt assequatur sæpe literas disgregat, aut spatiola vacua relinquit. Hæc autẽ ex ludicro Scribæ arbitrio pendere hinc cõstat, quod in diuersis exemplaribus diuersæ series obseruantur. Ridi-

culè igitur iſta imitaremur: Katſin autem ſeu ſectiones relicto vnius lineæ ſpatio à præcedentibus & ſequentibus manifeſtè ſegregant. Hæc ex ipſis ſpeciminibus euidentiùs colligentur.

Specimen primum ex cap. 5. Geneſis, à verſ. 18. ad finem vſque capitis.

Et vixit Iared ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch.

19 Vixitque Iared poſtquam genuit Henoch ſeptingentis & octoginta-quinque annis, & genuit filios & filias.

20 Et fuerũt omnes dies Iared, octingenti & quadraginta ſeptem anni, & mortuus eſt.

21 Et vixit Henoch ſexaginta quinque annis, & genuit Methuſalah;

22 Et ambulauit Henoch cum Deo poſtquam genuit Methuſalah, trecentis annis, & genuit filios & filias:

23 Fueruntque omnes dies Henoch, trecenti & sexaginta quinque anni.

24 Ambulauit autem Henoch cum Deo, & non apparuit, quia accepit eum Deus.

25 Et vixit Methusalah sexaginta septem annis, & genuit Lamech:

26 Et vixit Methusalah postquã genuit Lamech, sexcentis & quinquaginta tribus annis, & genuit filios & filias.

27 Et fuerunt omnes dies Methusalah, septingenti & viginti anni, & mortuus est.

28 Et vixit Lamech quinquaginta tribus annis, & genuit filium,

29 Et vocauit nomen eius Noe, dicens, hic consolabitur nos ab operibus nostris, & à labore manuum nostrarum, de terra cui maledixit Dominus.

30 Vixit verò Lamech postquam genuit Noe,

ſexcentis annis, & genuit filios & filias.

31 Et fuerunt omnes dies Lamech, ſexcenti & quinquaginta tres anni, & mortuus eſt.

32 Erat autem Noe filius quingentorum annorum, cum genuit Sem Cham & Iaphet.

[Samaritan script]

31 [Samaritan script]

32 [Samaritan script]

Idem charactere Judaico ſeu Aſſyrio.

ויחי ירד שתים וששים שנה ויוליד את חנוך׃
19 ויחי ירד אחרי הולידו את חנוך חמש ושמנים שנה
ושבע מאות שנה ויוליד בנים ובנות׃
20 ויהיו כל ימי ירד שבע וארבעים שנה ושמנה מאות
שנה וימת׃

21 ויחי חנוך חמש וששים שנה ויוליד את מתושלח׃
22 ויתהלך חנוך את האלהים אחרי הולידו את מתושלח
שלש מאות שנה ויוליד בנים ובנות׃
23 ויהיו כל ימי חנוך חמש וששים שנה ושלש מאות שנה׃
24 ויתהלך חנוך את האלהים ואיננו כי לקח אתו אלהים׃

25 ויחי מתושלח שבע וששים שנה ויוליד את למך׃
26 ויחי מתושלח אחרי הולידו את למך שלש וחמשים
שנה ושש מאות שנה ויוליד בנים ובנות׃
27 ויהיו כל ימי מתושלח עשרים שנה ושבע מאות שנה
וימת׃

28 ויחי

28 ויחי למך שלש וחמשים שנה ויוליד בן:
29 ויקרא את שמו נח לאמר זה ינחמנו ממעשנו ומעצבון
ידינו מן האדמה אשר ארדה יהוה:
30 ויהיו כל ימי למך שלש והמשים שנה ושש מאות שנה
ועליד בנים ובנות:
31 ויהיו כל ימי למך שלש והמשים שנה ושש מאות
שנה וימת:

32 ויהי נח בן חמש מאות שנה ויוליד את שם את חם
ואת יפת וגו׳.

Eiusdem rei specimen ex versione seu paraphrasi Samaritana.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Idem Charactere Rabbinico.

ואתוחי ירד שתין ושתין שתה ואוליד ית חנוך : ואתוחי ירד בתר ילדותה ית חנוך חמש ותמנין שתה ושבע מואן שתה ואוליד בנין ובנאן : והוו כל יומי ירד שבע וארבעין שתה ותמני מואן שתה ומית:

ואתוחי חנוך חמש ושתין שתה ואוליד ית מתושלח : ואתהלך חנוך עם האלהים בתר ילדותה ית מתושלח תלת מואן שתה ואוליד בנין ובנן : והוו כל יומי חנוך חמש ושתין שתה ותלת מואן שתה : ואתהלך חנוך עם האלהים וליתו הלא כסבתה מלאכיה :

ואתוחי מתושלח שבע ושתין שתה ואוליד ית למך : ואתוחי מתושלח בתר ילדותה ית למך תלת וחמשין שתה ותת מואן שתה ואוליד בנין ובנן : והוו כל יומי מתושלח עשרין שתה ושבע מואן שתה ומית:

ואתוחי למך תלת וחמשין שתה ואוליד בר : וקרא ית שמה נח

למימר דה יסוברכן עבדיכן ועגרון אדיכן מן אדמתה דלוטה
יהוה: ואתוחי למך בתר ילדותה ית נח שת מואן שתה ואולד
ברין וברן: והוו כל יומי למך תלת וחמשין שתה ושת מואן
שתה ומית:

והוה נח בר חמש מואן שתה ואוליד ית שם ית חם וית יפת וכו'

Præteriuimus præcedentes verſus, eo quod tum Iudaicis noſtriſque codicibus conſentiant. Samaritanæ autem verſionis tranſlationem duximus ſuperuacaneam: tanta enim eſt Hebræi textus cum Samaritano conformitas: vt vtrique vna ſufficiat tranſlatio. Hæc tamen notanda ſunt, quæ Hebraicè dicũtur, *accepit eum Deus*, vertit, *accepit eum Angelus eius*. Verſu 29. quæ vertimus, *conſolabitur nos ab operibus noſtris, & à labore manuum noſtrarum*, transfert Samaritanus Interpres, *ſuſtentabit opera noſtra, & oppreſſionem manuum noſtrarum*. Chaldæus pro *oppreſſione* vertit, *laſſitudinem* ſeu *defatigationem*. Syrus verò propriè vt nos & Vulgata, *laborem*. Sed hæc omnia in eundem prorſus ſenſum conſpirãt. Præ-

positionem quoque את ver. 24. rectè per עם *cum Deo* vertit, non per ית quæ ipsi respondere solet, sensui enim textus cõuenire non poterat. Chaldæus ista periphrasticè reddidit, *Et ambulauit Henoch in timore Dei, & non apparuit, neque occidit eum Deus.* 70 verò & Syrus priorem pericopen, *Henoch autem placuit Deo:* sed Samaritanus & Vulgata verbum de verbo reddiderunt.

Genealogiam istam ex Samaritanorum Hebræo codice olim Eusebius & ante Eusebium Africanus eodem modo descripserunt, vt videre cuiuis licet initio fragmentorũ Eusebij ex Chronicis omnimodæ historiæ quæ à Scaligero diligenter collecta sunt in thesauro temporum. Parum tamen attendenti in Henochi ætate discrimen apparebit: annum enim agens sexagesimum Henoch ibi Mathusalam dicitur genuisse, cum textus noster 65. illi attribuat. Sed in Eusebij numeris apud Scaligerum error est manifestus, vt colligitur ex summa annorum post diluuium quæ pag. 9. refertur

ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη ατζ, *Simul,* inquit, *omnes anni ſunt* 1307. qui epilogiſmus fallax eſt, niſi Henocho 65. anni tribuantur. Specimen iſtud à Iudaicis ſimul, & 70 Interprètum codicibus plurimùm diſſentit, ſed quòd ſequitur cum antiqua 70 Interpretum tranſlatione conſentit.

Specimen ſecundum ex cap. 11. *Geneſis, à verſu* 10. *vſque ad* 27.

10 Iſtæ ſunt generationes Sem: Sem filius centum annorum genuit Arphaxad duobus annis poſt diluuium.

11 Vixit autem Sem poſtquam genuit Arphaxad, quingentis annis, genuitque filios & filias. Et fuerunt omnes dies Sem, ſexcenti anni, & mortuus eſt.

12 Et Arphaxad vixit centū & trigiſta quinque annis, & genuit Selah.

13 Vixit autem Arphaxad poſtquam genuit Selah trecentis & tribus ann s,

[illegible] 10
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 11
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] 12
[illegible]
[illegible]
[illegible] 13
[illegible]
[illegible]

genuitque filios & filias.
Et fuerunt omnes dies
Arphaxad, quadringenti
& triginta octo anni, &
mortuus est.
14 Et vixit Selah centum
& triginta annis & genuit
Heber.
15 Vixit autem Selah
postquam genuit Heber,
trecentis & tribus annis,
genuitque filios & filias.
Et fuerunt omnes dies
Selah quadringenti, &
triginta tres anni, & mor-
tuus est.
16 Et vixit Heber cen-
tum & triginta quatuor
annis, & genuit Phaleg.
17 Et vixit Heber post-
quam genuit Phaleg du-
centis septuaginta annis,
genuitque filios & filias.
Et fuerunt omnes dies
Heber, quadringenti &
quatuor anni, & mor-
tuus est.
18 Et vixit Phaleg cen-
tum triginta annis, & ge-
nuit Ragau.
19 Et vixit Phaleg post-

quam genuit Ragau centum & nouem annis, genuitque filios & filias. Et fuerunt omnes dies Phaleg, ducẽti & triginta nouem anni, & mortuus est.

20 Et vixit Ragau centum & triginta duobus annis, & genuit Sarug

21 Vixit autem Ragau postquam genuit Sarug centum & septuaginta annis, genuitque filios & filias. Et fuerunt omnes dies Ragau, ducenti & triginta nouem anni, & mortuus est.

22 Et vixit Sarug centum triginta annis, & genuit Nachor.

23 Vixit autem Sarug postquam genuit Nachor centum annis, genuitque filios & filias. Et fuerunt omnes dies Sarug ducenti & triginta anni, & mortuus est.

24 Et vixit Nachor septuaginta nouem annis, & genuit Thare.

25 Vixit autem Nachor

postquam genuit Thare sexaginta nouem annis, genuitque filios & filias. Et fuerunt omnes dies Nachor, centum & quadraginta octo anni, & mortuus est.
26 Et vixit Thare septuaginta annis, & genuit Abram, Nachor, & Haran.

ࠀࠇࠓࠉ࠰ࠄࠅࠋࠉࠃࠅ࠰ࠀࠕ࠰ࠕࠓࠇ࠰ࠕࠔࠏ࠰ࠅࠔࠔࠉࠌ࠰ࠔࠍࠄ࠰ࠅࠉࠅࠋࠃ࠰ࠁࠍࠉࠌ࠰ࠅࠁࠍࠅࠕ࠰ࠅࠉࠄࠉࠅ࠰ࠊࠋ࠰ࠉࠌࠉ࠰ࠍࠇࠅࠓ࠰ࠔࠌࠍࠄ࠰ࠅࠀࠓࠁࠏࠉࠌ࠰ࠔࠍࠄ࠰ࠅࠌࠀࠕ࠰ࠔࠍࠄ࠰ࠅࠉࠌࠕ
26 ࠅࠉࠇࠉ࠰ࠕࠓࠇ࠰ࠔࠁࠏࠉࠌ࠰ࠔࠍࠄ࠰ࠅࠉࠅࠋࠃ࠰ࠀࠕ࠰ࠀࠁࠓࠌ࠰ࠅࠀࠕ࠰ࠍࠇࠅࠓ࠰ࠅࠀࠕ࠰ࠄࠓࠍ

Idem charactere Iudaico seu Assyrio.

10 אלה תולדת שם שם בן מאת שנה ויוליד את
ארפכשד שנתים אחרי המבול:
11 ויחי שם אחרי הולידו את ארפכשד חמש מאות שנה
ויוליד בנים ובנות: ויהיו כל ימי שם שש מאות שנה וימת:
12 וארפכשד חי חמש ושלשים ומאת שנה ויוליד את
שלח:
13 ויחי ארפכשד אחרי הולידו את שלח שלש שנים ושלש
מאות שנה ויוליד בנים ובנות: ויהיו כל ימי ארפכשד
שמנה ושלשים שנה וארבע מאות שנה וימת:
14 ויחי שלח שלשים שנה ומאת שנה ויוליד את עבר:
15 ויחי שלח אחרי הולידו את עבר שלש שנים ושלש
מאות שנה ויוליד בנים ובנות: ויהיו כל ימי שלח שלש
ושלשים שנה וארבע מאות שנה וימת:
16 ויחי עבר ארבע ושלשים ומאת שנה ויוליד את פלג:
17 ויחי עבר אחרי הולידו את פלג שבעים שנה ומאתים

שנה

שנה ויוליד בנים ובנות׃ ויהיו כל ימי עבר ארבע שנים
וארבע מאות שנה וימת׃
18 ויחי פלג שלשים שנה ומאת שנה ויוליד את רעו׃
19 ויחי פלג אחרי הולידו את רעו תשע שנים ומאת שנה
ויוליד בנים ובנות׃ ויהיו כל ימי פלג תשע ושלשים
ומאתים שנה וימת׃
20 ויחי רעו שתים ושלשים ומאת שנה ויוליד את שרוג׃
21 ויחי רעו אחרי הולידו את שרוג שבע שנים ומאת
שנה ויוליד בנים ובנות׃ ויהיו כל ימי רעו תשע ושלשים
ומאתים שנה וימת׃
22 ויחי שרוג שלשים ומאת שנה ויוליד את נחור׃
23 ויחי שרוג אחרי הולידו את נחור מאת שנה ויוליד
בנים ובנות׃ ויהיו כל ימי שרוג שלשים שנה ומאתים
שנה וימת׃
24 ויחי נחור תשע ושבעים שנה ויוליד את תרח׃
25 ויחי נחור אחרי הולידו את תרח תשע שנים וששים
שנה ויוליד בנים ובנות׃ ויהיו כל ימי נחור שמנה וארבעים
שנה ומאת שנה וימת׃
26 ויחי תרח שבעים שנה ויוליד את אברם את נהור
ואת הרן׃ וגו׳

Samaritana verſio Hebræo-Samaritano prorſus ſimilis eſt; itaque cum in ſectionibus iſtis perpetua ſit repetitio paucis nominibus mutatis, priorem Samaritanæ verſionis ſectionẽ hîc ſolùm deſcribemus.

Ex versione Samaritana.

[illegible]

70 Interpretes Eusebio & Africano teste loco iam citato Samaritanis in hac genealogia vbique consentiunt. Itaque iuxta vtrorumque numeros, summámq; quam ipsi subduxerunt, à diluuio ad natiuitatem Abrahæ anni 942. computantur. Corrigendus igitur in Arphaxad apud Eusebiū Scaligeri, vbi de Samaritanorum chronologia, numerus ρ̄λ & addenda quinarij nota ρλ̄ε alioquin & summæ ab ipso Eusebio subductæ, & diserto ipsius testimonio contradiceretur. Corrigendus præterea in Ragau numerus annorum quem post natum Seruch superuixit, & pro σ̄ζ legendum ρ̄ζ, pro iis verò quæ sequuntur μέχρι σ̄ζ, ἔτους Ναχώρ, hæc quoque reponenda μέχρι ρ̄ζ ἔτους Σερούχ. Cum enim supputatio illa ex Sa-

maritanis excerpta sit,& vbique cũ illis cõsentiat, hîc dissentire non fit probabile. Deinde cum duo priores numeri diminuendo procedant, vnde est quod hic repente superfœtet? Denique in illis Eusebij numeris alij sunt Scribarum manifesti errores: verbi gratia, in præcedente post ἐπίζησεν, omissum est ἔτη ρθ, & in sequente pro Θάῤῥα scriptum est Ἀβραάμ. Ratio istius incuriæ est quod numeri illi posteriores ad chronologiam texendam nihil conducebant.

Difficillima hîc oritur quæstio, quamobrem dicat Eusebius Samaritanos 70 Interpretibus consentire, cum Samaritani non secus ac Iudæi, quibus Syra versio qua vtimur, iungenda est, à genealogia illa Cainan expungant? Respondeo hac in parte 70 codices olim variasse. Quibus enim vsi sunt Eusebius & Africanus dictionem illam omittebant, vt ex genealogiarum epilogismis ibidem explicatis manifestum est. Præterea sanctus Epiphanius hæresi 55. eandem genealogiam ex 70 texit, τοῦ Cai-

nan mentione prætcrita. Idem facit Iosephus antiquit. lib. 1. c. 7. quanquam 70 numeros ſequatur. Obijcies S. Lucam non tantùm apud Græcos & Latinos, ſed etiam apud Syros, genealogiæ Domini noſtri Cainan inſerere. Nodus hic eſt Herculeus, in cuius diſſolutionem nihil nunc dicam quàm quod Iudæi in re pari dicere ſolent, יהי מונח עד שיבא אליהו *hoc relinquatur donec veniat Elias*. Iudam Machabæum & ſocios eius in eiuſmodi difficultatibus imitemur, quidnam lapidibus altaris diruti faciendum eſſet, ambigentes, *repoſuerunt eos in monte domus in loco apto, quoaduſque veniret Propheta, & reſponderet de eis*. Nunc nobis ſatis ſuperque eſt 70 Interp. cum Samaritanis conſenſum, Euſebij ſententia, & codicum noſtrorum authoritate demonſtraſſe.

Alia difficultas cieri poteſt, ex eo quod 70 Interpretum calculi qui nunc in hominum manibus verſantur, quibuſque Ioſephus aſſentitur, à Samaritanorum calculo in nonnullis differant. Iterum dico ſatis ſu-

perque nobis esse 70 Interpretes iuxta Eusebij & Africani citationem cum codicibus Samaritanis quos comparant, & simul cum nostris conuenire: quibus addendus Epiphanius hæresi 55. modo lectionem textus vno in loco castigauerimus. Corruptè legitur Heber genuisse Phaleg anno 104, cum legendum sit 134, vt ex summa sequente necessariò colligitur. Hæc sufficiant, nam specimina nostra longis ambagibus & scrupulosis ratiociniis mergere & obruere nolumus.

Denique notabit eruditus Lector post vniuscuiusque genealogiam annorum ἀνακιφαλαίωσιν fieri quemadmodũ capite quinto facta est, cum tamen apud Iudæos, Græcos, Latinos, & Syros capite tantùm quinto recenseatur. Sed Samaritanis solemne est, vt nihil omittant eorum quæ Iudaici codices continent, nonnulla verò clarius & diffusiùs exprimant.

Specimen tertium ex cap. 17. Leuitici, verſ. 3. & 4.

Speciminibus quæ ſequuntur innumera deprehenduntur ſimilia in Samaritanorum Pentateucho: hoc eſt, innumeris in locis Samaritanus codex 70 Interpretibus aduerſus Iudæos conſentit. Cum autem certum ſit 70 Interpretes ex Iudæorum Hebraicis codicibus textum ſuum tranſtuliſſe, manifeſtum eſt in eorum codices poſt 70 Interpretum tranſlationem multa modo irrepſiſſe, modo omiſſa fuiſſe. Cui enim credibile fiet gentes quæ nullo vnquam vel leuiſſimo commercio coniunctæ fuerunt, ſed propter perpetuum diſſidium de nomine tantùm ſibi inuicem cognitæ, in corruptelam quæ neutris vel obeſt vel prodeſt conſpiraſſe? Argumentum ſanè maximum eſt primitus tres illos codices his in locis conſenſiſſe, ſed lapſu temporis Iudæos iiſdem in locis imprudenter iſta prætериiſſe.

Ex codice Hebræo-Samaritano.

3. Quicunque vir de domo Israel, qui mactauerit bouem, aut agnum, aut capram in castris, aut qui mactauerit extra castra.

4. Et ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit illud (vt faciat illud holocaustum aut pacifica Domino ad expiationem vestrã, in odorem suauitatis; & qui mactauerit illud extra, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit illud) ad offerendum munus Domino ante tabernaculum Domini, &c.

3 [illegible]

4 [illegible]

Idem ex versione Samaritana.

[illegible]

Specimen postremum ex Numer. cap. 4. vers. 14. de codice Hebræo-Samaritano.

Et ponent super illud omnia vasa eius cum quibus super eo ministrant: Thuribula & fuscinulas & phialas, & crateres, omnia vasa altaris. Et extendent super illud tegumẽtum pellium hyacinthinarum & ponent vectes eius (Accipient quoque vestem purpuream, & tegẽt labrum & basim eius, & iniicient illud in operimentum pellium hyacinthinarum, & imponent super vectem.) 15. Cum autem perfecerit Aaron & filii eius, &c.

Idem ex versione Samaritana.

Quæ

Quæ intra parenthesin inseruimus Iudaicis codicibus superaddita sunt. Ea quoque exhibet eisdem planè verbis translatio 70 iussu Sixti V. summi Pontificis Romæ edita, quæ omnium editionum Græcarum vna textum 70 Interpretum purum & sincerum repræsentat. Cæteræ enim omnes additamentis & resectionibus iuxta Neotericorum Iudæorum codices factis, adulteratæ sunt. Secundam quoque parenthesin legit Origenes homil. 4. in Numeros, cum ait *septimo in loco operitur & labrum, &c.* Versioni Samaritanæ versionem specialem non addidimus; Latina enim Hebræi textus Samaritano sufficit, cum ex Hebræo verbum de verbo reddatur. Vim autem & potestatem vniuscuiusque nominis denudare & persequi, non est huius loci; hoc σὺν θεῷ peculiari dictionario præstabimus. Ex præcedentibus lector in Samaritanis characteribus ita exercitatus esse potest, vt Iudaicis hæc specimina describere nihil necesse existimauerim. Quid Samari-

tani tribus his punctis ∴ in medio periodi significent, diuinare non possum. In fine codicis mei ordines & distinctiones lectionis enumerantur & figuris docentur, sed ista omittitur. Cum duo puncta sic collocantur ·· vocant hoc נגר, *oppositionem* cum verò sic : פסק, *Cessationem seu pausam.* Alias distinctionis & affectus animi notas habent, sed cum illarum nulla in speciminibus nostris appareat, illas prætermittimus, vt manus nostra è tabula subducatur, finisque huic operi, quod præter mentem longè maxima parte σχεδιάζοντες auximus, tandem imponatur.

Laus Deo, Virginique Mariæ.

FINIS.



AVTORVM NOMINA

qui ſparſim in hoc opere citantur: Interdum elucidantur, explicantur, examinantur, emendantur.

Nonnulla sic restituet Lector.

IN fine Præfat. ἐξορχούμεθα, potius quam ἐξορχοῦμεν, p 14. מלמד p. 109. l. 19 post *ipsius*, adde, *id est è regione scriptam*. Sæpius בפני עצמו separatim significat, sic apud Abarbinel. in legem fol. 10. col 1 dicuntur cœli primodie creati בפני עצמו. & luminaria בפני עצמן, quarta verò die cœlis appensa fuisse. Sic Kimhi initio comment in 12. Proph ait Propaetas istos simul cópingi, ne vnusquisque בפני עצמו compactus perdatur. Sic in Tit 5. Meghillot Venet. Bibl. dicuntur vno volumine בפני עצמו excusi, vt huic vel illi parti pro arbitrio adiiciantur. Nonnumquam tamen hæc phrasis significat è regione, seu per columnas dispositum. Sic Moses initio tract Thephillin ait 4 Parasc legis של Thephillin 4. cellulis inscribi בפני עצמן, vt manifestum fit ex figura quam section. 3. delineat. Sic section. 5. num. 14 ait licitum esse Pentateuchum scribere è regione, &c. Decem præcepta in duabus tabulis scribebantur בפני עצמן: Sed situs erat alter ab eo quem vulgò è regione dicimus. vide sis figurã in libro עין ישראל. fol. 182. Pag 137 l 14. post *Assyriæ regem*, hæc omissa sunt *ideo dicta est cumuis ascendisse ex Assyria. Cum autem scripturas alia a Deo de cœlis venerit, sunt in omnibus literæ iod curuaturas excelsuli colliculorum apiculi traditionibus præcepti.* Alluditur ad תגין זיינין קרצין aliosque apices & literarum coronationes quibus certas literas legis ornare, & illustres reddere sibi videntur: de quibus lege Mosen tract. theph &c. sect. 2. num. 2 sect. 7. n. 8. & fusius sect. 2 & 5. Pag 283. l. 1 post *sententia* dele R מרעה. & lege *autoris Chronicorum felicis memoriæ Mosis magistri nostri* libellus est cum libellulis Tobia, Henoch, Aesopicis fabulis, aliisque anno 1605. Venetiis impressus: Ex illius initio Mosis Latiph sententia colligitur Vlterius progredi chartulæ penuria prohibet. Itaque cætera benigne & candidè Lector excusabit.

